AQVARVM NATVRA ET FACVLTATES,

PER QVINQVE LIBROS DIGESTA:

VINORVM ET AQVARVM EFFECTVVM INVICEM comparatorum Tractatus.

DE ARTHRITIDE ET PODAGRA CONSILIVM.

PAMPHILI HERILACI REATINI, Medici Philosophi.

In quibus quæ ipsorum enarrentur index quisquis vnus indicabit.

ADNOTATIONES ET SVMMARIA IN Capitibus omnibus adiecta sunt.

Periocham in Tabularum modum congestam omnium librorum reperies vt vndique omnium specierum Aquarum facultates absolutissimæ pateant.



COLONIAE,
Expensis Ioann Bapt. Ciorti Senens.

M. D. XCI.

1591





Illmo. ac Reu^mo.

D. D. HENRICO CAETANO S. R. E.

Presbyt. Cardinali amplifs. suo colendifs. patrono,

PAMPHILVS HERILACVS.


IN Dei rebus Homo positus; quasi vna ex eius possessionibus, quæ sit ipsi curæ maximæ, censebatur à Socrate in Phædone. In quibus autem rebus? quæue Dei sit possessio? & qualem ipsius curam Deus gerat? possemus locare hominem in rebus ei quàm gratis-

ſimis, vt in ea poſſeßione Deus eouſque ſe oblectet, quo eiuſdem curam gerens ipſam perfectißimam optet, & omnibus numeris abſolutam. Hinc non immeritò propter neceßitatem creauit Medicum Altißimus, vt inquam ad ſuæ poſſeßionis, rerũq; ſuarum vitam ſanam omnia Medicus noſcat & agat, quò in homine circuitus omnes fiãt non dißimiles, & immortalibus diuiniſq; circumuolutionibus, & humanorum fluxibus. Cognoſcendorum & agendorum in Medicinæ ſcientia pars non minima

est

est A Q V A R V M *notitia, cum apud naturam excedāt alia omnia vsu ac necessitate ignis & aqua. Propterea eamdem breuissimis exaraui scientiam Aquarum, dum Ill. domi tuæ, corona triplici super astra delatæ commorabar, apud Ill.* N I C O L A V M *patruum tuum olim per annos circiter 50. summæ vitæ integritate, Cardinalem amplissimū, cuius fælicem perpetuò memoriam recolo. Quorum igitur Ill. domus tua extitit partus exordium, recepitq́ partum, ad te deferri par est: vt in lucem ædi-*

ta, & ab eo delata cognoſcant omnes, quem ſummo beneficio deuinxit imperpetuum tua tuorúmque erga me, omnéſque, beneuolentia ſingularis: & grato animo tua perſequi te domeſtica, quæ accepta te haberi poſtulo. Vale. Nonis Aprilis. 1583.



LECTORI, PAMPHILVS HERILACVS.



Quæ, & quomodo sint à Medico & cognoscenda & agenda.

RErum cognitionem, maximum in hominis natura putandum censeo: Quam cognitionē, se magis ignorare putātes, potissimùm sibi asciscūt: Quamuis contraria hæc videantur, non propterea aliter cōtingunt: Querit enim nesciens, querendo inuenit, & inueniendo cognoscit. Ea non querimus, quorum nobis persuademus habere notitiam, sed ignota nobis. Inuenienda & à se ipsis patefiant, artibus iam demonstratis, & per discipli-

Maximū in hominis natura est rerum cognitio.

Cognoscimus per inquisitionē, & per inuentionem. Inueniēda à quibus patefiant.

nam à præceptoribus, quorum vnus non probatus eſt vulgus. Ignota ſunt rerum quatuor tãtùm, tot enim quæruntur, & inueniri poſſunt, an ſint, qualia, quid, & propter quid. Mẽs quæ concipit, de quibus illorum quatuor inquiruntur, nuſquàm non ſunt. Reliqua neutiquam habentur cognita: Illorum ſi ſint à natura, nobis cõſcij ſumus nos, ex eorum præſentia, ad quã aſpectum referimus. Hęc ſunt quas dicunt res, Plato autem ſimulacra verorum. Contingit in rebus cognitio illorum quatuor, querendorum & inueniendorum, artibus iam demõſtratis cognoſcere volentibus: Artes conflantur ex inditis nominibus, & attributis rerum, quæ naturæ ſunt ſurculi, ſpeciebus, lege quadam, vt earum naturæ ſint quam proxima: Artes dico modum illorũ quatuor in rebus conſiderandi, quarum ars quęritur: pręter hæc nihil artem conſtituit. Demonſtrantur ipſæmet formę, de quibus dicuntur ſubſtantiæ & paſſiones, dum illarum

Rerũ quot inquirãtur & inueniã tur.

Quæ per inquiſitionẽ & per inuentionem cognoſcantur.

Qualis ſit rerum cognitio.

Ars inquirendi & inueniẽdi.

Quæ & quomodo demonſtrẽtur ab arte.

illarum rectum, & non rectum in iisdem indagatur, & vtrumque finem suum consequatur, doctrina instituto que triplici, quibus nec aliis omnẽ vti oportet ad rerum naturas accercẽdas, Diffinitione, Compositione, & Reuolutione. Mnesiteus Atheniensis Hippocratis medicorũ maximi, pręcipuus affectator resolutione potissimũ est vsus: In hanc sententiam hic inter Rationales vndequaque peritissimus incubuit, vt incipientibus nobis à primis, suppremisque generibus, hæc in alia genera secari, species, ac differentias, rursus hæc in alia conueniat, vsquequò ad infimiora sit peruentum: quemadmodum ante omnes iussisse Hippocratem comperimus, cum per eundem naturæ aliàs cognitio sit impossibilis, nisi quis eam nouerit in indiuisibili. Ordine verò retrogrado in vnum colligendo quæ resolutione inueniri possent Medicinæ scientiam constituit Atheneus Attaleus, ante Galenum. Diffiniendo denique Era-

Disciplina à praeceptorib. est per triplicẽ doctrinam.

Medicinæ scientia per resolutionẽ constituta.

In lib. de virg. mor.

Per Compositionem.

Per Diffinitionem.

clydes Erythrieus. Inter tria hæc inuenientia illa quatuor, veluti mentis nostræ tutissima vehicula per quasuis scientias, Resolutionem comprehendere tùm Diffinitionem, tùm Compositionem claram fiet incipienti à diffiniendis speciebus, etiam per periocham & specimen apponendum aquarum, iisdem si componendo differentiæ annectantur & propinquiora genera, per resolutionem inuēta. Hinc extollitur fortasse resolutio maximis laudib⁹ à Galeno. Qua eadem doctrina Aquarum in medicina scientiam decreui hic illas quàm breuissimis insequi, ipsius rei ductus apud naturam vsu ac necessitate.

Quid tractandum proponatur & quo ordine.

Aqua & ignis vsus.

In aqua enim conclusus ignis, cauitates, carnes, & superficiem corporis omnibus circuiens circuitibus, nūquàm nō appetit omnium humidissimo madere, cum sit omniū calidissimus. Duo hæc naturaliū sunt primordia, nexu quorum sanitas contingit & morbus, ignis, & humidior omnibus natura

Præstantia eorundem.

natura constantibus aqua. Valde permixta non facile ab exteris abundè exsiccantur & madent, vnum alteri dum aditum comparat ad alimentum. Cũctis quisque viribus à natura periclitatur sese ambo simul iuncta tueri & custodire ętatis omni tempore, quandiu salutaria cognoscuntur: diffidentia autem maiori cogitur, laboratque conatu, in pristinam eorum mutuam permixtionem redigere: Illud hoc est quod vulgus mederi nominat. Cæterum ipsorum altero redundante, reliquo quid apponere vanum est: hic ille ignis affluens in pueris auget aquam; hæc eadem aqua in senibus abundans extinguit ignem, naturæ humanę grãde conuicium, vt sibi ipsi & beneficio authori exagregationis suæ vltimam aqua perniciem aliquo tempore moliatur: à qua exustus optat imbui aqua præciditur ignis.

Sanitas vnde?

Cõseruatio & præseruatio quid sit.

Curatio quid.

Corruptionis necessitas, & auctionis.

Pauca ignis huius in aqua, & ea penitùs nobis non manifesta dicta sunt ab antiquis, quæ habeam hucusque

cognita,

cognita, primò ab Hippocrate medicinæ, ac philoſophiæ parente, deinde à Platone in diuinis & humanis eruditiſſimo. Aquarum facultates non ſolùm in ignem, ſed ex inſtituto in ignis & aquæ compagem (quod in medicinę ſcientia eſt quid maximum) nõ omnes adhuc, nec ea exaratæ ſunt ſupradicta methodo. Propterea grato ea animo accipies, poſtquam diligenti perlegeris inueſtigatione, mecum non immemor agentis Democriti, Aeſculapius dum ſeruaret homines, fulminæ ictus gratiam accepit. Boni omnia conſule.

D. IOANNIS FRANCISCI
Sonantij Reatini,
In Librum de Aquis Pamphili
Herilaci.

Quæ vires, virtus, vitium, quis vsus aquarum,
Quæque dari, his poterunt, commoda, damna, salus,
Monstrat opus: si constat aquis vita omnis, & illis
Nulla sine esse potest, nulla opere hoc sine erit:
Nomine totus amor, studiumq́ est auctor HERIq́
Cognomenta L A C V S, transtulit ex Atauis:
Viuat opus, calpe Hesperiis dum terminus vndis,
Et Tanais scythicas in mare voluet aquas.

EIVSDEM.

Diuinis mandata notis quæcúnque papyrus
Coa dat, atque altum Pergamon intonuit,
Quicquid Arabs, Medicæ Latium quod cõtulit arti,
His cõgessit aquis, nec Maria ampla magis:
Florilego velut ore fauos apis Attica complet,
Sic excerpta liber roscida mella feret:
Non sunt veris opes, sophię est opus, inspice, Graios,
Si latium, atq; Arabes, posthabuisse iuuat.

EIVSDEM IN DETRACTORES.

Phœbi, & Phœbigenę, iustißima cura Deorum
Ars medica est, tutus numine vtroque liber:
Qui strepitat rhonchis, polyposi à vertice nasi
Et scopulo, & Salebris vincere certet Athon,
Ac fauces obstructa graui mala lingua cynanche
Exuperet ranas parua seriphe tuas:
Liuor iners vitium, nigro squallētia tabo
Dū mouet ora, sibi dira venena parat.
I. Liber, vni adsunt angues, pharetra alteri, aquarum
Numine sub gemino hoc fama perennis erit.

D. BRITII GENTILIS FARFENSIS.

Quas olim tractabat aquas curiosa vetustas
Altiùs absoluit Pamphilus hic breuibus.
Sectas in species numero dat Herilacus omnes
Post per quæ distent, vndiq; pandit ea:
Ac proprium nactæ fuerint quid, denique cunctos
Effectus Physica prædocet arte duce.

PERIOCHA AQVARVM CADENTIVM AB ÆTHERE, QVAE CONTINENTVR Libro primo.

De Aquis in re medica, PAMPHILI HERILACE

Aquarū, quibus homo fruitur, facultates ad hominē relatæ, cuiusmodi consi derantur omnia in medicinæ scientia, sunt aquarum aut

- *Specierum*, in quibus enarrandis ponetur
  - *Prius* cōsiderandi modus, quē secuturi erimus ex
    - *Extrinsecus* occurrentibus aquas aut purgantibus, aut deprauāuantibus. Addūtur tribus hic dictis, corpora composita Igne, Aere, Terra.
    - *Inhærentibus* propriis, vt præsertim videre est in aquis fodinarum, & speciebus aquarum conglaciatarum, crudæ sunt & densæ.
    - *Differentiis* cōponentium, quorū diuersas cōstitutiones sequūtur diuersa tēperamēta & facultates, sunt
      - *Materiales.* Vide signum. A.
      - *Efficientes* frigiditas, seu remotio ignis & aeris, quę frigiditas erit vel
        - *Intensa.*
        - *Media* inter has.
        - *Remissa.*
  - *Deinde* diuersitas facultatum aquarum, penes diuersas species sub litera B.
- *Vniuersim*, quarū cognitio quæ & qualis sit apprimè in li. 5. declarabitur incipiēte sub litera N n. sub qua disponentur circa hæc dicenda. Cæterùm simili ordine reliquis quibus vis literis mētem adhibeas, vt sub illis reperias in locum illum omissa per easdem literas signatum.



- **A.** *Materiales* causæ, vapores considerandi aut
  - *Soli* nō alteri admixti substātię: quorū
    - *Substantia*
      - *Crassa*
        - *Admodum*, crassissimas dat aquas.
        - *Non* admodum crassa, etiam tales aquæ crassæ sunt.
      - *Inter* has media aquas dat magis minusq; laudabiles ex extremorum participatione.
      - *Tenuis*
        - *Valde*, & si ex hac tenuissimæ sint aquæ, nō propterea laudantur, vt in cap. de rore.
        - *Nō* valde, si posśint ex his aquę colligi (quoniam vt plurimum pśecades sunt) aquas optimas præbet.
    - *Quantitas* si sit
      - *Multa*, emanant aquæ humidisśimæ, quales labroteræ sunt.
      - *Inter* has media.
      - *Pauca* quoniā probiùs coquitur dat aquas meliores.
  - *Exhalationibus* admixti, non conducibiles aquas præbent: seu exhalationes sint
    - *Multæ* facientes vel
      - *Tonitrua*, dant aquas æstuosas.
      - *Procellas*.
    - *Non* multę seu sint
      - *Tenues*, vt mannā gignant.
      - *Crassa*, vt mel roris.


B.

Diuersæ aquarum species diuersas cũ obtinuerint inter se facultates ꝓpter diuersas formas, seu temperamentũ dicas, per illas easdem species facultatũ aquarum scientia continget, sunt etenim aquarum aliæ

- *Nullo* modo præparatæ, quibus potimur eodẽ modo, quo se absq; aliquo artificio secũdum naturã profecerũt aut
  - *E terra* scatendo, quarum species, & qualitates quærito sub E.
  - *Ab* aere cadendo inuestigentur vel
    - *Vt* alicubi coaceruatæ, sub D.
    - *Secundũ* vnam quam que eorũ formam secundum quam cadũt ab aere vel
      - *Sereno* aquæ igitur ab aere sereno cadentes sunt aut
        - *Congelata*, vt inde fit pruina, rore magis salub. tamẽ insalubrior aqua pluuiæ imitatur niuis facultates.
        - *Condensata* in substãtiam dẽsam ex rore & exhalationibus
          - *In* mannã, confert pectori, vẽtriculo, & naturaliter calidis: educit humores tenues.
          - *In* mel roris.
        - *Non* condensatæ neq; cõgelatæ Ros est, corrũpit sanguinẽ, naturæ infestissimus, tamẽ ꝓstantissimus in oculorum affectionibus.
      - *Nubilo*, requirito sub C.
- *Arte* quapiam quid acquisitæ sub R.

C. *Nubilo* ab aere cadētes aquæ aut

- *Non* conglaciatæ effunduntur
  - *Minutæ*, sunt psecades, quarum non considerātur facultates, cùm his vti non possimus, quoniam non colliguntur paucæ.
  - *Non* minutæ, sed vel
    - *Vnà* simul totæ collabuntur, labroteræ humidissimæ sunt, viscidæ, crassæ, & promptæ ad corruptelam.
    - *Aliter* tunc cōmuni nomine dicantur pluuiæ seu sint
      - *Cum* tonitruo, æstuant potatæ.
      - *Cum* vētis & procellis, omnes malæ, quoniā sanguinem & viscera procellunt vltra hæc si cum
        - *Borea*, frigidę sunt & crudæ.
        - *Haustro*, calidæ & salsæ.
        - *Fauonio*, calidę turbidæ & crassæ.
        - *Apelliota*, Humectantes nimis.
      - *Atq;* tonitruo & procellis, dictarū optimæ sunt verùm in his hos modos obseruare oportet si
        - *Coqūntur* à Sole & excolātur, optimæ sunt.
        - *Coquuntur* & non excolātur putre fiunt impuræ.
        - *Non* coquūrur & excolātur crudæ.
        - *Nō* coquūtur nec excolantur pessimæ.
- *Decidunt* cōglaciatæ, pessimæ sunt, quia densę & crudæ : siue conglacientur
  - *Plurimùm* in grandinē, crudissimæ sunt, & frigidissimæ, ac ponderosę: Neruoso generi pessimæ & pulmoni.
  - *Minus* in niuem, magis salubris hęc aqua est, quàm aqua grandinis, & si easdem quasi qualitates præ se ferat



D. *Coacervatæ* alicubi ab æthere quæ ceciderũt aquæ vel

- *Fluunt*
  - *Cum* aliis aquis cõfusæ in
    - *Fluminibus.*
    - *Riuis.*
    - *Quarum* facultates non quæruntur quoniam se cũ aliis confundunt ac perturbant.
  - *Non* aliis admistę, sic fluentes aquæ torrentes faciunt, quorum aquæ temporaneę sunt, fluentes tantùm in hyeme & in veris principio, non laudantur tùm
    - *Ex* earũ terrea natura.
    - *Propter* ea quę eis occurrũt externa putrida & æstuosa.
- *Desinentur*
  - *Congestæ*, non tamen arte vel
    - *Cum* aliis aquis in
      - *Lacubus.*
      - *Stagnis.*
      - *Omnes* prauæ sunt, causam afferentes acutorũ morborũ, verùm facultates habẽt diuersas, ex locorũ, & diuersarum aquarum grandinis niuis & aliarum natura.
    - *Absq;* aliis aquis in locis cõnexis.
      - *Absq;* cœno vt per mõtium summitates, & in aliis locis saxeis, improbæ sunt, quia vel
        - *Exiccant* cũ æstu.
        - *Crudissimæ* sunt & pituitosissimæ.
      - *Cum* cœno in paludibus crassimæ sunt, malè olidæ & fœtidæ.
  - *Coacta* artificio vel
    - *Supra* terram in piscinis, facultates aquarum stabilium præ se ferentes, quas omnes abhorret natura.
    - *Sub* terra in Cisternis. Vide liter. Y.

LIBRI SECVNDI PERIOCHA.

Aquarum naturas & facultates continentis scatentium è terra.

FONTES.

E. *Scatentium* aquarū è terra propter quam scatebrā dicuntur fontes, aliæ scatent

- *In* summo terrarum aut in
  - *Pauca* quātitate ꝓpriè dicuntur fontes, quorū aqua melior est vt plurimū aqua fluminū siue fontes hi
    - *Fluant*, penes fluxum differētias aquarum infra inuenies loco proprio sub litera S.
    - *Non* fluāt: sed eorū aquæ colligātur in ambitū vel
      - *Multa* aquæ, hæc obesset
        - *Febricitantibus.*
        - *Quibus* bilis redundat vel
          - *Supernè.*
          - *Infernè.*
        - *Vtrisque.*
      - *Aqua* paucæ, hæc magis proba est, quàm suprapositа, præsertim in loco si colligatur, vbi scatet è terra.
  - *Quantitate* multa flumina constituētes, quorum aquæ nō bonæ cēsentur siue vtamur eis
    - *Statim* à scatebra nam humidissimæ & frigidissimæ sunt
    - *A scatebra* distātibus, generant etenim
      - *Calculos.*
      - *Nephritidem.*
      - *Ischiadē.*
      - *Herniam.*
      - *Vrinæ* stillicidia
      - *Quoniā* propter æstū, & excicationem sistūt aluū.
- *Alia* subterraneæ sunt, quas reperies sub F.

F. *Sub-*

F.

*Subter*raneæ aquæ omnes in natura propria ſeruantur in viſceribus terræ niſi q̃d ſpecierũ terræ reſipiant: vtimur eis vel

- *Colle*ctis in puteis, quarũ differentiæ hinc deſumito, ſint etenĩ putei aut
  - *Profundi*
    - *In* concauo & æſtuoſo, denſæ & craſſæ ſunt eorum aquæ.
    - *Alibi*
      - *Arctè* effoſſi, putrem aquam continent.
      - *Ampli*, ex quibus aqua aut
        - *Continuò* hauritur: erunt aquę tales bonæ, quales optimorum ſunt fontium.
        - *Sæpe* hauritur, aquã continebunt mediocrẽ in bonitate.
        - *Nunquam* hauritur, aqua hæc concluſa erit terrea, & praua, ſupradictarum reſpectu.
  - *Non* profundi, quorum fontium ſunt aquæ deteriores aquis puteorum profundorum, ſiue aqua ab his extrahatur
    - *Continuò.*
    - *Sæpè.*
    - *Nunquam* omnibus hæc deterior eſt.
- *Non* collectis, ſed hauſtis dum profluunt per ima terrarum, ſeu eis vt appareant proſpexerit
  - *Natura* aliquo chaſmate.
  - *Vel* Ars vt inter effodiendum ſint repertæ.
  - *Hæ* habẽt adſimiles qualitates, qualitatib. fontiũ quibus fruimur ſtatim à ſcatebra.

(:) 4


G.

Fontiū seu dicas aquarū omnium scatētium è terra vel in pauca, vel in multa quantitate differentia in prauitate & bonitate indicabuntur &

- *A locorū* ꝑ quos aquæ vel fluunt, vel morantur, vel insurgunt
  - *Natura*, quas quærito sub H.
  - *Situ*, penes quem vel
    - *Accipiūt* dū exiliūt è terra, vel per eam labuntur
      - *Oriens*, sunt omnium optimæ.
      - *Septentrionem*, secundum inter has aquas locum tenent.
      - *Occidens*, tertius his datur locus.
      - *Meridiem*, sunt dictarum pessimæ.
    - *Posita* sunt sub plagi
      - *Orientali*, vel circa
        - *Arietem*, sunt in primo & supremo ordine bonitatis.
        - *Taurum*, in Secundo.
        - *Pisces*, in Quarto.
      - *Septētrionali* vel circa
        - *Geminos*, in Tertio.
        - *Cancrnm*, in Quinto.
        - *Leonem*, in Sexto.
      - *Occidentali* vel circa.
        - *Virginem*, in Septimo.
        - *Libram*, in octauo.
        - *Scorpionem*, in Nono.
      - *Meridionali* vel circa
        - *Capricornum*, in 12.
        - *Aquarium*, in 10.
        - *Sagitariū*, in 11. gradu.
- *A plantis* in aquis nascētibus, quas reperies sub I.
- *Ab* animalibus in aquis viuentibus, sub K.

H. *Indicatur* aquarũ prauitas & contrarium à loci natura (dico naturam species & qualitates) per

- *Locorũ* species, quæ erunt diuersæ, secundum quas locus erit vel
  - *Fodinas* habens & metalla, ad quarũ facultatum aquarum cognitionẽ, legito librum tertium, præcipuè, sub Q.
  - *Lapideus*, cõstãs lapidib. qui aut
    - *Liquantur* ab humido, vel etiã calido vt alumen, sal, & qui sunt huiusmoni.
    - *Non* liquantur, quos saxa dicunt, horũ aquæ, duræ sunt æstuãtes & exiccatæ, siue lapides sint
      - *Minuti*, minus fiũt participes dictarũ qualitatũ & aquas sub terra infrigidant
        - *Sabulum.*
        - *Glarea.*
      - *Mole* maiores glareis, quò maiores sunt lapides, eò duriores aquas præbent.
  - *Terreus*, cuius species sunt quinq; quarũ
    - *Non* veræ duæ sunt
      - *Arenosa*, hæc terræ species & si æstuosas cõtineat aquas, tamen minorẽ æstũ parit quàm sabulum & glaria.
      - *Lapidibus* referta.
    - *Tres* reliquę sũt veræ terrę spẽs
      - *Pura* terra, quæ media est inter pinguem & non pinguẽ, aquas meliores indicat.
      - *Terra* pinguitudinis expers indicat aquam non laudabilem.
      - *Terra* pĩguis, quę deducatur in
        - *Argillosam*, cuius crassæ sunt aquæ & viscidæ.
        - *Gypseam*, crassissimæ & æstuosæ.
        - *Cænosam* omnium pessimæ.
- *Qualitates*, loci speciem sequentes, erunt vtputa pinguedo terræ, salsedo, & aliæ qualitates, quæ cum species sequantur, erunt aquæ penes has, quales à terrarũ speciebus fieri diximus.


I.
Plantæ naſcẽtes in aquis, earũ aquarum naturã & facultatẽ indicabunt, vel
Probã
Odoratui iucundiſſimæ & Guſtui, verum non omnes, ſed quæ ſunt ſolidę ſubſtantiæ & mundiſſimæ.
Odorum penitus expertes
Capillus veneris.
Adyanthus & ſimiles.
Mediocrem
Siſimbrium.
Siuum & huiuſmodi.
Improbam
Aliqua, q̃ frondium ſint
Latarum & leniũ, harũ plurimę improbã aquam oſtendunt, quales ſunt
Nymphea.
Plantago aquatica.
Longarum, Arundines.
Non latarum neq; lenium, lenticula aquæ, hiſq; omnibus aliæ ſimiles plantæ.
Guſtui iniucundiſſimæ.
Omnes fœtidæ ſiue
Praui ingrati quæ ſint odoris.
Illuuiem quandam circa ſe contineant, vel ſpumam, ampullaſq; cuiuſuis coloris. Spuma etenim aquarum indicat
Craßitiẽ & viſciditatẽ.
Vel naturam ipſarũ terreã.

K. *Ani*

K.

Animalia in aquis degentia indicabūt aquarum vitia & bonitates, sic ea considerando, an in aqua


- *Plurima* in qua aut
  - *Non* viuant, reliquis non cōtradicentibus non conducent vitæ hominis.
  - *Viuāt*, quæ sint aut
    - *Multa* numero
      - *Pluriū* specierum
        - *Temperatarum* & non temperatarum simul, cęterum si excedunt
          - *Temperata*, magis cōducit hæc aqua vitę hominis.
          - *Intemperata* minus, quæ scilicet nequā sunt.
        - *Non* temperatarum tantùm, minus dictis duab. est conueniēs.
        - *Temperatarum* tantùm, meliores erunt aquę hę duab. supradictis.
      - *Paucarum* specierum
        - *Temperatarū* & non tēpetatarum, in quib. si excedunt
          - *Intēperata* minus conducit, quā dicenda.
          - *Tēperata*, magis conducit.
        - *Temperatarū* tantùm melior est omnibus supradictis
        - *Non* temperatarū peior est omnibus.
    - *Pauca* numero. Vide liter. L.
- *Pauca*. Vide literam M.

L.

Pauca numero vel

- *Plurium* formarum
  - *Temperatarum* tantùm
  - *Temperatarum* & non temperatarũ, magis conducit quàm aqua multa animalia continẽs tẽperata & intempe rata, nisi hæc excedant.
  - *Non* temperatarũ tantùm.
- *Paucarum* formarũ
  - *Temperatarum* tantúm, erit magis proba quàm aqua multa, continens paucas species temperatas tantum, itidem de reliquis differẽtiis intelligas.
  - *Non* tẽperatarum tantùm.
  - *Temperatarum* & non temperatarum.

M. *Pau-*


M.
Pauca in a-
qua si a-
quatilia a-
nimalia
Vitam
non
degãt
ratio-
ne vel
Loci in
quo ma
net a-
qua
Coarctationis, vt
aqua paucæ
scatebræ in
ambitu mi-
nimo.
Cultionis.
Nihil indicabũt
in ea non vi-
uere aquati-
lia.
Ipsius aquæ prauæ qualitatis, cuiusmodi
sunt perplurimæ: prauissima aqua est.
Viuant
Pauca
vel
Numero.
Specie, vt si
paucarũ sint
formarum.
Specie & nu-
mero.
Vel
mul-
ta seu
Specie.
Numero.
Specie & nu-
mero.
Modo suprapositо
in aqua pluri-
ma sub H, hic
dicenda dispo-
nantur, hoc so-
lùm animaduer
tendo, quòd &
si plura aquati-
lia depurgent a-
quam à multis
defœdantibus.
eam tamẽ, quæ
pauca est, & pu-
rissima plura a-
quatilia magis
& minus infi-
ciunt, secũdùm
eorum naturæ
moderationem.

LIBRI TERTII PERIOCHA.


Aquarum facultates continentis è fodinis egressarum.

N. *Facultates* aquarū ex fodinis

- *Vnde* sint & quibus modis accipito sub P.
- *Quarū* fodinarū sint, quarū quęritur notitia cōiectabuntur ex illarum aquarū
  - *Sapore nam*
    - *Salsæ*, salis fodinam habent.
    - *Adstringentes*
      - *Crassarum* partiū, Gypseæ sunt.
      - *Tenuium* partium, sunt etiam quandoq; acidæ, vt aluminis, & ferri.
    - *Acidæ*, æneæ sunt.
    - *Acres*
      - *Cum* mordicatione sunt aquæ
        - *Calcū.*
        - *Cineris.*
        - *Nitri.*
      - *Sine* mordicatione sunt
        - *Sulphureæ.*
        - *Bituminosæ.*
  - *Colore* / *Odore* — *Non* solùm similē deponit saporem in aquis fodina quas habet, sed & colorem & odorem.
  - *Qualitatibus* & — *Primis* / *Reliquis* — *Harum* enarrationem sub Q promisimus.
  - *Fæcibus*, &c. Vide literam O.
- *Quales* sint, &c. Vide literam Q.

O. *Fæcibus,* quibus etiam aptabis hic supradicta fœces igni appositæ aut

- *Flammam* edentes
  - *Crepitant,* Nitrum indicant.
  - *Non* crepitant, verùm quam edunt flamma erit aut
    - *Diuersi* coloris, sulphur.
    - *Coloris* clari, bitumen.
- *Non* edētes flammam
  - *Igniuntur*
    - *Vt* candescant & liquentur, indicabunt vel
      - *Aes,* ferrum.
      - *Aurum,* argētum.
    - *Non* vt candescāt, verùm aut
      - *Liquantur* vt
        - *Fluant,* plūbum.
        - *Ebulliant* tantùm, non fluētes, Alumen.
      - *Non* liquantur, erunt aquæ vel
        - *Cineris.*
        - *Calcis.*
        - *Gypsi.*
  - *ignem* non sustinent crepitantes, salis fodinæ aquam denunciant.



P. *Sunt* facultates aquarũ ex fodinis & per

- *Eorum* quæ miscẽtur aquis
  - *Formas*
    - *Plures*, aqua illa plures potestates habebit in naturam.
    - *Pauciores.*
    - *Vnam* tantùm, illius formæ solum facultates habebit aqua.
  - *Quantitatem*
    - *Multam*, largiorem potestatem tribuit aquis fodina.
    - *Exiguam.*
  - *Qualitates*
    - *Intensiores.*
    - *Remißiores*, magis imbecilles ab his facultates retinet aqua illa.
- *Mixtionis* modum in miscibilium
  - *Proportione* vt si aqua
    - *Pauca* labatur per
      - *Paucam* fodinam.
      - *Multam* fodinam, potentiores sunt aquę huius qualitates.
    - *Multa* sit labens per
      - *Modicam* fodinã, admodũ imbecilles obtinebit potestates.
      - *Amplam* fodinam.
  - *Pluralitate* vt si formę fodinarũ
    - *Plures* sint cũ aqua vel
      - *Pauca*, diuersa efficiet actione vehementi.
      - *Multa* imbecillius aget quàm supradicta.
    - *Pauca*, cum aqua vel
      - *Pauca.*
      - *Multa*, imbecilli virtute plurium erit actionum.
    - *Vnã* tantùm, cũ aqua vel
      - *Pauca*, potens erit non autem multarũ qualitatũ.
      - *Multa.*

Q. *Qua-*

P. *Quales* sint ex fodinis aquarū facultates si sint

- *Ex* pluribus metallis, cum eorum cōplexus in aquis, quotquot fieri possunt, differentiarum numerū constituant 78. quos complexus habentes aquæ præstabiliores sunt aquis formarum simplicium, easdem quorumcunq; metallorum retinebunt aquę verùm refractas.
- *Vnius* metalli solùm, eius qualitates suscipient &
  - *Primas* per quas omnes exiccabūt verùm aliquæ
    - *Calefaciendo* quales sūt aquæ
      - *Sulphurea.*
      - *Bituminosa.*
      - *Aluminosa.*
      - *Salsa.*
      - *Nitrosa.*
      - *Calcis.*
      - *Cineris.*
      - *Aenea.*
      - *Auri.*
    - *Refrigerando*
      - *Plumbea.*
      - *Gypsea.*
      - *Argentea.*
      - *Ferri.*
  - *Reliquas* per quas aliæ
    - *Lavan*do emolliunt quales sūt
      - *Sulphurea* quæ magis quàm bituminosæ
        - *Dissipant.*
        - *Resoluunt.*
        - *Attrahunt.*
        - *Penetrant,*
        - *Et* extergunt.
      - *Bituminosa*, quæ collecticæ etiam sunt virtutis, verùm magis emolliunt laxando, quàm sulphureæ.
    - *Densando* adstringūt, abstergūt cōtrahunt & consumūt adstrictione
      - *Leui* qualis est
        - *Salsarum.*
        - *Nitrosarū.*
        - *Calcis.*
      - Valida qualis est Aluminosarum aquarum.

LIBRI QVARTI PERIOCHA.

Modos comprehendentis aquas præparandi.

R. *Aquarũ* præparatio est depuratio illarum substantiæ, vt iuuẽt attractiuam, retẽtiuam, digestiuam, & expulsiuã: apparentur per modos, qui numero sint sex

- *Defluxus*, per quẽ iisdẽ modis apparantur aquæ Vide literam S. aut
  - *Fœtida*, & putres, putredinem deponant.
  - *Viscida*, & glutinosę, detergantur.
  - *Crudæ*, ac duræ, aliquã maturationẽ assequantur.
- *Residentia* sub V. vt fiant
  - *Splendidißima.*
  - *Tenuißima*, modus residendi magis minusue eas ad tenuitatem disponit.
- *Percolatio* sub V. vt
  - *Qualitatum* participes fiant earũ expertes.
  - *Craßius* deponant, tenuius percolando.
- *Decoctio* sub Z. vt
  - *Liquentur.*
  - *Dulcescant.*
- *Infrigidatio* sub B b. vt
  - *Crudescant*, magis in stomacho moram trahentes.
  - *Densentur.*
- *Calefactio* sub F f. vt
  - *Magis* penetrent leuissimę.
  - *Emolliantur.*

S. De-

S. *Defluxus* qui motus est quo a qua tēdit in ipsum vel proniorē, vel in quascũque alias loci differētias, aquas præparat per quamcunque sui speciē, seu in defluxu moueātur aquæ

- *Per se*, seu dicas secundum naturam, tunc mouētur deorsum tantũ vel
  - *A prohibente* locum, si quæ huius defluxus habentur differentiæ relinquuntur, quia erũt eædem cum sequentibus.
  - *A secutis differentiæ considerantur*
    - *Simplices desumptæ*
      - *A specie*, defluunt enim vel cursu
        - *Lento.*
        - *Citato*, pellucidas, leues, tenues, & minus participes qualitatũ efficit aquas.
        - *Recto.*
        - *Obliquo* minorē perspiratũ habent, & plurimā luti admistionē.
      - *A locorum* per quos defluũt differētiis, vel penes
        - *Aspectũ* quē habet ad Solē.
        - *Positum.*
        - *Figuram vt sit vel*
          - *Planus* locus, diuersas hic possunt recipere qualitates aquæ, propter varios defluxus.
          - *Montuosus*, frigidiores tenuiores, & magis splendidas cõtinet aquas.
          - *Concauus*, æstuosas.
          - *Altus* easdē ferè qualitates in hoc loco habent aquæ, quas in montuoso.
    - *Composita.* Vide literam T.
- *Fortuitò*, per quem defluxũ mouentur aquę per vnamquamq; loci differentiā, nisi deorsum, huius eædem erunt differētiæ, cum defluxus secundum naturam differentiis iam iam exaratis.
- *Secundum* naturam & fortuitò, vt est aquę deorsum per saltus. Differentias easdem habet, quas habent ambæ defluxus species naturalis inquam & fortuitus,

T. *Composita*, quæ ex his simplicib. constant pluribus modis, possunt enim species defluxus in aqua omnes vnà simul coire, quas ex his aptare poteris, defluent per

- *Altos.*
- *Cōcauos.*
- *Planos.*
- *Mōtuosos.*

Locos motu latæ

- *Obliquo*
  - *Citato*
  - *Lento*
  - *Versus*
    - *Orient.*
    - *Meridiem.*
    - *Septentrionē.*
    - *Occidēs.*
- *Recto* nō defluūt in omnibus citato vel tardo motu, quoniam
  - *Per* montana semper citato motu mouentur, non bene censentur.
  - *Per* plana & in reliquis duabus differentiis, vtroque motu citato & lento mouentur per quascunq; plagas.
- *Partim* obliquo & partim lento per quēuis positum motu vel
  - *Citato.*
  - *Citato* & lento.
  - *Lento.*

V. *Resi-*

V.

Residentia quæ fit in aquis est grauioris separatio in infirmiorem partē propterea à residentia acquirunt aquę & puritatem & tenuitatē, eam dispo nūt aquarum vel

- *Agitationes* & defluxus, quæ sic disposita residētia fit vel
  - *Post* agitationes, quiescentibus iam aquis, qualis est arenæ tenuis in aquis aliquorum fluuiorū, hæc cōmunis est residendis &
    - *Tenuibus.*
    - *Et* crassis.
  - *Vel* etiam labentibus ipsis, vt in inundationibus imbrium, hæc competit nō nisi crassissimis residendis, propterea prior meliorē aquam disponit.
- *Rarefactio*, seu liquatio, vt in aqs calefactis, in quibus vt etiā in superiorib. iam dictis resident aut
  - *Serius* ratione vel
    - *Crassæ* aquorum substantiæ, in qua difficilius residendum descendit, quàm in aqua tenui.
    - *Eius*, quod residit, erit vel
      - *Pars* aquæ, q̄ & si sit grauis, tamen moram contrahit, quia inficit quā tangit aquā
        - *Densitate* qua est vel à
          - *Terra.*
          - *Ab* vtriq;.
          - *Ab* aere.
        - *Grauedine* propter terreas partes quæ continuo fiūt aquæ.
      - *Non* aquæ pars, sed q̄d aliud aquis mixtū impediēs sui ipsius residētiam quia est vel
        - *Tenax.*
        - *Viscidū.*
        - *Crassū.*
        - *Frigidum.*
  - *Citò*, per quā speciē disponito dicta in superiori specie residētię, quę huic cōdiuiditur: vt etiā sepe sępius hinc inde faciēdū est. Cita residētia signū est tenuium aquarum, cæteris pirab.

X.


Excolatio aquarũ est earum depuratio per colũ, tot igitur erunt modi percolationis, quot coli species, colũ erit vel

- *Deferẽs* aquã per sui partem post partẽ, ita vt percoletur tenuius, ob id omniũ percolationũ præstantissima præcipuè laudatur ab Auicenna: quale est vel
  - *Filtrũ*
  - *Lana* elychnium
  - *Per quam* percolationis speciem magis quã per alias fiũt aquæ
    - *Pellucida.*
    - *Tenues.*
- *Transitum* præbens per suos met meatus, propter quos diuersę erunt percolationes, & diuersæ aquarũ substantię in tenuitate & luciditate. meatus etenim erunt vel
  - *A natura*, quales sunt
    - *Arenarum*, qui modus & si non præstantior sit supraposito, tamen eo vtũtur magis omnes.
    - *Vel* luti.
  - *Ab* arte cuius modi sunt meatus in pãnis
    - *Lineis* & similibus.
    - *Laneis.*
    - *Et* in his quos setas dicimus.
  - *A natura* cui ars opem tulerit, vt vasa sunt omnia transmittẽtia veluti resudando &
    - *Terrea*
    - *Cerea*
    - *Hic* modus nõ frequẽtatur.

Y. *Cister-*

Y. *Cisternarum*

- *Apparatus* consideretur penes ea loca vel
  - *In* quæ cadunt aquæ, dũ pluunt, sint &
    - *Purißima* omnib. immunditiis vacua.
    - *Omni* prorsus qualitate carentia.
  - *Per* quæ excolãtur aquæ in Cisternã, referta debent esse non glarea sed arena
    - *Densæ* substantiȩ.
    - *Minutißima.*
    - *Pinguitudinis* expers.
    - *Copia* multa.
  - *In* quibus morantur aquæ dicto superius modo excolatȩ, sit locus
    - *Non* scissus in petra, nam aquas reddit duras.
    - *Aeri* purissimo expositus.
    - *Constructus* ex lateribus calce & arena.
- *Aquarum* quas, &c. Vide literam Z.



Z. Aquarũ, quas excolatas omnes esse oportet

Substantia est
- *Tenuißima.*
- *Leuißima.*
- *Splendidißima.*
- *Dulcißima.*

Qualitates penes
- *Tempus* quo colligẽdę sunt plurimum inter se differunt
  - *Hyeme* quę colliguntur semper frigidissimæ sunt & crudæ.
  - *Aestate* æstuosæ.
  - *Autumno* exhalationibus refertæ.
- *Coctionem*, excolationem & ea omnia quæ supra posita sunt in lib. pr. præsertim sub C. inter se differunt, decoctæ enim & excolatæ vt diximus meliores sunt.

Facultates, si aquæ sunt decoctæ & excolatæ, tales
- *Conducunt*
  - *Natura* temperatæ.
  - *Vel* quibus ventres duri sunt.
- *Non* conducunt biliosis & iuuenibus æstiuo tempore, his præsertim quibus coaceruatur bilis in eorum ventribus.

Aa. Decoctio aquarum fit


- *A Sole*, per quam decoctionem tenue euaporat relicto crasso, decoquitur igitur solùm tenue, & aqua derelicta à tenuioribus partibus crassissima est, propterea hæc decoctio est aquæ tenuiũ partium rarefactio.
- *Vel* ab igne vt liquentur crassum & tenue, tũc decocta est, ꝓpterea omnes aquæ coquendæ sunt: in hac aquarũ coctione considere tur
  - *Vas* vbi coquuntur, quod terreũ sit vitriatum & an.
    - *Dum coquuntur aquæ, sit*
      - *Plenũ* aqua.
      - *Eius* pars media tãtũ, vel inferior aquã habeat
        - *Tunc* vas nõ probè coquit aquas nã vel
          - *Vruntur.*
          - *Non* bene liquantur.
      - *Eius* pars quinta aquis uacua, reliquis quatuor impletis, tunc probè liquantur.
    - *Operculum*
      - *Habeat* dum ebulliunt, tunc ferè vruntur aquæ, & exiccant potatæ.
      - *Non* habeat, nõ ita præparat⁹ ingreditur aer.
      - *Partim* habeat & partim non, melior fit liquatio.
  - *Ignis*, Aquarum decoctarum, &c. Vide literam Bb.

Bb.
- *ignis* an sit
  - *Intentus* aquam adurit, nisi crassissima fuerit.
  - *Remissus*, non liquat aquam nisi tenuissimam.
  - *Mediocris*, hoc aquã liquare oportet inter crassissimam & tenuissimam.
- *Aquarũ* decoctarum per ignem conuenienti nunc posito modo
  - *Substantia* erit, etenim aquarum
    - *Pars* inferior à residentia post decoctionẽ crassa, frigida, non commoda potui.
    - *Superior*, tenuis, dulcis pellucida & leuis.
  - *Facultates*
    - *Pars* minor tertia inferiori parte neruis officit, grauat stomachum, expulsiuam sistit.
    - *Reliquæ* superiores partes bonæ sunt, verùm non conueniunt
      - *Naturaliter* humidis quoniam emolliunt.
      - *In* destillationibus


Cc.

Aqua quæ infrigidatur erit aut

- *Decocta* prius, quam si quis deinde velit frigidam facere, iisdem modis vti conueniet, dicendis hic in non decoctis aliquo artificio infrigidatis. Cæterùm hæc intensiorem frigiditatem recipit.
- *Non* decocta habens frigiditatē aut
  - *Aliquo* artificio, quod competet & decoctis & non decoctis aquis: differūt solùm quia decoctæ magis frigescunt. ambæ vt magis frigescāt dātur vel
    - *In* puteum vel subterraneum locum in æstate vt
      - *Aquam* tangant per quam frigescant.
      - *Non* tangant aquam.
    - *In* Aquæ frigidæ scaturiginem.
    - *In* niuē aut
      - *Circumponendam* vasi aquam continenti.
      - *Injiciendam* in ipsam potandam aquam, fit crudissima ac densa.
    - *In* Aerē
      - *Nocturnam*
      - *Nebulosam*
      - *Diurnum*
        - *Inter* domi parietes.
        - *Sub* dio.
    - *In* ventum, sunt talis cōstitutionis, qualem diximus sub C. qualis enim venti facultas est, talis & aeris.
  - *Absque* alio artificio quales in æstate sunt puteorum aquæ, & aliæ similes subterraneæ, & quæ colliguntur in cisternis aquæ niuiū & grandinum.



- Dd. *Frigidæ aquæ* potio
  - *Non* conuenit
    - *Tempe*ramẽto partium, vel totius
      - *Naturali*
        - *Secundũ* æqualitatẽ
          - *Imbecilli*, & si non declinet ab æqualitate.
          - *Partim* declinanti ab æquali temperie.
        - *Secun*dum naturę modum si sit
          - *Ex* anni tẽporib. tẽperamento, q̃d humores nanciscuntur &
            - *Hyeme.*
            - *Autũno.*
          - *Proprium* vnicuiq; à natiuitate &
            - *Melancolico.*
            - *Pituitoso.*
          - *Acqui*sititiũ propter
            - *Aetates* &
              - *Senibus.*
              - *His* proximioribus.
            - *Morbos.*
            - *Victus* genera, vt qui otiosè vitã transigũt.
      - *Præter* naturam dum excedit vel
        - *Frigiditas.*
        - *Humiditas.*
        - *Frigiditas* & humiditas.
    - *Partibus*, Affectis, &c. Vide literam E e.
  - *Conuenit* affectibus &
    - *Secundum* naturã
    - *Præter* naturam
    - (both:) *Oppositis* iã iam dictis.


Ec.
Partibus iis quæ vel
Secundū naturam algent
Cerebrum & quę oriuntur ab eo
Nerui.
Ligamenta.
Cordæ.
Panniculi.
Ossa, & quæ similem his naturam habent.
Vel non algent, sed aut
Imbecilles sunt quia
Pauci sanguinis.
Vel temperaturæ non calidę, & si non algeant.
Non sanæ.
Nō imbecilles existunt, sed aut
Non assuetæ sunt frigidæ potioni.
Si assuetæ sint, retinēt adhuc
Humorem crassum, nondum digestum.
Viscidum.
Cibum nō concoctum.
Affectis
Morbo frigido à
Phlegmate.
Melancholia.
Aestuoso morbo non concocta materia.

Ff *Calidarum aquarũ inuestigabimus*

- *Terminũ caliditatis*: caleſiũt enim aquæ vel
  - *Imperfectè*, quando iam incipit frigiditas remoueri, dicũtur tepidæ non perfectè calentes, mouent vel
    - *Nauſeam.*
    - *Vomitum* & nauſeam.
  - *Perfectè* vt caliditas ſit
    - *In ſummo*, quã guſtus ſuſtinere vel
      - *Nequit*, propterea reiiciendæ ſunt à potu vrentes.
      - *Poteſt*, hæc eſt apta potui verùm potenter &
        - *Calefacit.*
        - *Diſcutit.*
        - *Diſſoluit.*
    - *Non* in ſummo, tũc magis & minus ſiunt aquæ dicendarum facultatũ participes per appropinquationem vel
      - *Ad* tepiditatem, ſic perfectè calefactæ ſunt quã do iàm iam manifeſta caliditas introducitur.
      - *Ad* ſummã caliditatem, quãdo ſenſus afficitur.
- *Facultates*, quas reperies ſub Gg.
- *Calefaciẽdi modũ*, exponuntur etenim vt calefiãt vel
  - *Igni*, per hunc modum etiã diſponito eaſdem differẽtias, quas in aquarũ decoctione conſcripſimus, circa ignis cõſideratione á quo coquuntur aquæ, & vaſis vbi detinentur, dum à dicto igne coquuntur.
  - *Soli*, hæ potui quia nõ liquãtur ſunt ineptę, ſiue
    - *Euaporent* Soli expoſitæ.
    - *Non* euaporent ſeu vaſe
      - *Pleno*, hæ ſingulæ differẽtię diuerſas in aquis facultates pmunt.
      - *Non* pleno.

Gg. *Calida*

Gg. *Calida* aqua pota ta vires habet

Nocendi carnib. cerebro neruis, neruosisque partib. fluxum sanguinis ciet, & alia huiusmodi efficit siue

Multa potetur vel

Continuò
- *Post* cibum.
- *Ante* cibum, minus has noxas infert.

Rarò minorē offensionem ꝓmouet quā multa & continuo potata
- *Ante* cibū, vt plurimùm officit, quādoq; tamen cōsulitur infra ponendis.
- *Post* cibū in robusto ventriculo non laudatur.


Pauce potetur vel
- *Post* cibum praua est
- *Ante* cibum non bona & si magis laudetur

Animaduertendo q̃d magis officit cōtinuo potata quàm nō in frequēti vsu.

Iuuandi, calorē naturalem restaurat, spiritus mouet, pulmonē iuuat, naturalia in eorum statu conseruat, fundit quæ obstruūt, abstergit in intestinis & ventriculo nocua, loca infrigidata calefacit, flatus discutit, morbis à pituita & melancholia succurrit, epilepsiæ, cōuulsionibus, fluxionibus à cerebro, vlceribus serpiginosis, pernionibus, vrinas mouet & menstrua & sudores, hæc omnia efficit siue

Multa & rarò q̃s vtatur
- *Ante* cibum, quib. flatus discutiendus est, seu humor, & calefaciendæ sunt partes.
- *Post* cibū in quib. indigēt
  - *Cibi* liquatione & trāspiratione.
  - *Ventriculus* caliditate.

Non multa
- *Rarò* si potetur, laudatur potius
  - *Ante* cibū ad dicta omnia efficienda.
  - *Quam* à cibo.
- *Sæpe* nō adeò laudāda est &
  - *Antè* cibū.
  - *Post* cibū.



Hh. *Modi*, quos diximus ad aquarũ præparationes, erunt vel

- *Simplices*, sex tantùm sunt
  - *Defluxus.*
  - *Excolatio.*
  - *Residentia.*
  - *Decoctio.*
  - *Infrigidatio.*
  - *Calefactio.*
- *Com*-plexi
  - *Vnico*, tantùm complexu, per quem modum complexus fiẽt hi
    - *Residentia* vel cũ
      - *Calefactione.*
      - *Infrigidatione.*
      - *Decoctione.*
    - *Defluxus* vel cũ
      - *Excolatione.*
      - *Calefactione.*
      - *Residentia.*
      - *Decoctione.*
      - *Infrigidatione.*
    - *Decoctionis* vel cum
      - *Infrigidatione.*
      - *Calefactione.*
    - *Percolationis* vel cum
      - *Residentia.*
      - *Decoctione.*
      - *Infrigidatione.*
      - *Calefactione.*
  - *Pluribus*, &c. Vide literam Ii.
  - *Omnibus* in quibus cõplicari possunt, erunt simul Residẽtia, defluxus, decoctio, excolatio vel cum
    - *Calefactione.*
    - *Infrigidatione.*

- II. *Pluribus* cōplexibus vel
  - *Quatuor* per quos aqua depurgabitur magis quam per tres cōplexus dicendos, erunt
    - *Decoctionis*, excolationis residentiæ vel cum
      - *Infrigidatione.*
      - *Calefactione.*
    - *Defluxus* excolationis & residentiæ vel cum
      - *Decoctione.*
      - *Infrigidatione.*
      - *Calefactione.*
  - *Tribus* per quos vna cō plexus aqua præparabitur erunt hi
    - *Percolatio* & defluxus vel cum
      - *Residentia.*
      - *Calefactione.*
      - *Decoctione.*
      - *Infrigidatione.*
    - *Residētia* & decoctio vel cū
      - *Infrigidatione.*
      - *Calefactione.*
    - *Defluxus* & residētia vel cū
      - *Decoctione.*
      - *Calefactione.*
      - *Infrigidatione.*
    - *Decoctio* & defluxus vel cū
      - *Infrigidatione.*
      - *Calefactione.*
    - *Percolatio* & residētia vel cū
      - *Calefactione.*
      - *Decoctione.*
      - *Infrigidatione.*

Kk. *Modi* sex aquas præparādi inter se vel

- *Conueniunt*
  - *Omnes*, Excolatio, defluxus, residentia, decoctio, vt aquas reddant tenuissimas, dulcissimas, leuissimas & splendidissimas: quid in eis calefactio & infrigidatio immutent ex sequentibus percipies. Omnes concurrunt vt aquam alterent.
  - *Plurimi inter se nam*
    - *Defluxus*, infrigidatio, & decoctio aquā aeris susceptibilem reddunt.
    - *Decoct.* resid. excolatio splēdidissimas aquas efficiunt.
    - *Resid.* calefact. & decoct. leuitatē in aquis efferunt.
    - *Percolatio*, resid. & calef. tenuitatē in aquis excitant.
    - *Calefact.* defluxus & resid. cōmunicāt incrassarum partium agitatione.
    - *Residentia*, infrig. excol. & decoct. appetitiuam eliciendo gustui gratissimam reddunt aquam.
  - *Singuli*, &c. Vide literam Ll.
- *Discrepant*. Vide literam Mm.

LI.

Singuli

- *Defluxus* cum
  - *Excolat* minus corruptibiles aquas, efficiunt.
  - *Residentia* in crassarum partium defluxu.
  - *Infrigidatione*, caliditatem continentis impugnant: secundo conuertunt humorem aereum ad aqueum.
  - *Calefactione*, concitant partes crassas ac tenues.
  - *Decoctione*, tenuitatem agunt in crassas partes.
- *Decoctio* cum
  - *Infrigidatione* valent gustum.
  - *Calefactione*, emolliunt & eliquant aquas.
- *Residentia* cũ
  - *Decoctione*, in descensu crassarum partium.
  - *Excolatione*, separãt crassum à tenui, vnde splendor resultat in aquis.
  - *Infrigidatione* exprimunt aquarum partes.
  - *Calefactione*, communicant in earum leuitate.
- *Percolatio* cum
  - *Calefac.* magis humectantem aquam faciũt, sed hoc eis proprium non est.
  - *Decoctione*, eiiciunt crassas partes.
  - *Infrigidatione*, conuenit in his, in quibus conueniunt infrigidatio & residentia.

Mm. *Discrepāt* inuicē modi, per quos prępa rātur aquæ his dissidiis *

Residentia à *

Decoctione: hæc per residentiā separat crassum à tenui, residentia per rarefactionem à decoctione. aliæ species residentiæ non separant per aquarum liquationem.

Percolatione: huius proprium est percolare tenue relicto crasso: residentiæ verò depònere crassum relicto tenui.

Calefactione: nā aqua calida magis penetrat ratione caliditatis, quæ residit ratione tenuitatis.

Infrigidatione: per quam densantur tenuiores aquæ partes per residentiam crassiores.

Decoctio à *

Calefactione: in aqua decocta residentia facta est, in calida verò non.

Infrigidatione: Hæc densat, decoctio liquat.

Defluxu à *

Calefactione, *Decoctione* * *Defluxus* terit, calef. & decoct liquant.

Excolatione, *Residentia* * *Hi* duo modi reddūt aquas à crasso separatas, defluxus cōmissas cū crasso.

Infrigidatione: coarctat hæc aquæ partes, perspirabiles eas reddit defluxus: secundo fluunt partes in defluxu, adhærent infrigidatæ.

Excolatio à *

Decoctione: in hac residit crassum per liquationem, in illa non per attenuatas partes.


Calefactione: in hac miscentur crassa & tenuia, in excolatione autem separantur.


Infrigidatione, separātur partes per excolationem, vt tenuiores, & splendidiores fiant, & leues: per infrigidationem moram contrahūt in stomacho.

Calefactio ab infrigidatione, ab aqua calida dissoluuntur laxanturq; partes. ab aqua frigida contrahuntur.

LIBRI QVINTI
PERIOCHA.


Aquarum vniuersim considerationem includentis.




Oo.
Natura ab aquis medentur & castigant cognatas affectiones vel
Per accidens, per calefactionem scilicet.
Per se
Infrigidando
Aestum extingũt in
Continentibus.
Impetum facientibus.
Contentis.
Densant rarefactas partes.
Laxata contrahunt.
Humectã do
Leniunt aspera.
Aptant fluxui & perspiratui
Densa
Crassa.
Viscida.
Valde acria.
Madefaciunt exiccata.
Sordida abluunt.

Pp. *Aqua* potatæ

- *Conferũt in*
  - *Statu* naturali
    - *Pueris* & iuuenibus, magis quàm ætate vigentibus & senibus.
    - *Mulieribus* magis quàm senibus & viris.
    - *Pinguibus* magis quàm gracilibus.
    - *Raro* corporis & ventriculi habitui.
    - *Membris* / *Humoribus*
      - *Natura* calidis & exiccatis.
    - *Virtuti* robustæ ac validæ, etiam ventriculi.
    - *Temperamẽto*
      - *Sanguineo.*
      - *Bilioso*, in quo nõ amarescũt.
    - *In* aere calido & æstuoso.
  - *In* vtroq; statu & naturali & præter naturã quãdo medẽtur & castigant vel
    - *Refrigerãdo* ingesta pro cibo & potu dũ fiant chylus & sanguis.
    - *Humectando* sanguinem, bilem etiã crassos & tenues, attenuando, diffundẽdo, & incrassando.
    - *Refrigerando* & humectando membra simplicia & composita, delendo cognatas affectiones.
  - *Statu* præter naturam
    - *Morbis* acutis
      - *Aestuosis* concocta materia.
      - *In* quibus læditur vel mẽs & caput ab acribus seu vaporibus humoribus.
    - *Causis* morborũ quæ sint
      - *Aestus* / *Bilis* / *Sanguis*
        - *Non* tamen in qb. vis locis existentib. nam
          - *In* continẽtib. infestis phlegmone vt in liene non conferunt.
          - *In* contẽtis cõferunt.
    - *Sympthomatibus* quãdo vt nũc dictum est
      - *Caput* dolet.
      - *Mens* læditur.
      - *Dolet* caput, cũ mentis perculsione.
- *Malè* afficiunt. Vide lit. Qq.


Qq. Malè afficiunt
Inundando
Cor.
Ventriculum cauasque partes.
Venas.
Refrigerando dū
Calida sunt imbecillia.
Opus est calefactione, vt in
Rigore.
Horrore.
Tremore.
Frigore quolibet
Cum materia
Sine materia
Naturali.
Non naturali.
Calefaciendo quādo suspicio est ne aqua
Amara fiat in bilem transeundo vt in visceribus phlegmonosis euenire solet & aliquando in biliosо temperamento.
In locis calidis calescat nimiū, ex mora, quam contrahit in locis illis.

Rr. *Facultates* generatim aquarũ indagẽtur nũc ab ipsarum aquarũ

- *Colore*
  - *Pellucidæ* ac diaphanæ conueniẽtes sunt magis naturæ, nam tenuitatem indicat luciditas in aquis.
  - *Non* pellucidæ, quales sunt sub virides, obscuræ, non conueniunt, ex earum densitate.
- *Substãtia* vel
  - *Tenuitate*, tales magis humectant, verùm magis & minus ex earum gradu tenuitatis.
  - *Craßitie*, & densitate serius dissoluũtur in ventriculo, vnde cibi non probè madent.
- *Põdere* penes quod attendendæ sunt aquæ vel
  - *Trutina* secũdum Auicẽnã: quarum
    - *Leuiores* optimarum sunt facultatum apud naturam.
    - *Grauiores* peiores sunt, cũ tardè transmeent.
  - *Ex* earum tenuitate secundum Gal. sic tenuiores aquæ leuiores sunt, quod nos non fatemur.
  - *A diffluxu* à præcordiis: à quib diffluentes
    - *Velociùs* meliores sunt.
    - *Tardiùs* peiores erunt.
- *Odore*
- *Sapore*
  - *Quæ* aquæ secundũ odorẽ & saporem referunt qualitates
    - *Proprias*, quales aquę sunt dulcissimæ & odoratæ omniũ optimæ sunt, q̃ qualitates si
      - *Gustum* & olfactũ afficiũt nõ sunt aqs propriæ.
      - *Oblectãt* gustũ & olfactum ꝓpriæ sunt.
    - *Externas* (eas inquã, quæ eis non sint propriæ, eis ꝓpriæ sunt dulcedo tãtũ & suauitas) omnes prauæ sunt.

INDEX IN EORVM OMNIVM CAPITA, QVÆ COMPREHENDVNT LIbri quinq; DE AQVIS Pamphili Herilaci.

CAPITA LIBRI PRIMI Aquarum facultates continentis ab æthere cadentiũ.

Mannæ

CAPITA LIBRI II.
De aquis emanantibus à terra.

CAPITA LIBRI III.

CAPITA LIBRI IIII.
De præparationibus aquarum.

CAPITA LIBRI V. DE cognitione aquarum vniuersim.

INDEX CAPITVM LIBELLI de Vinorum & aquarum effectibus inuicem comparatis.

FINIS.

AVTHORES ALIQVOT, QVOrum placita vel insequimur, vel infringuntur.

Hippocrates.
Plato.
Aristoteles.
Auerrhoes.
Auicenna.
Aetius.
Alexáder Trallian'.
Alexáder Aphrodisiensis.
Asclepiades Bithin'.
Aneximander.
Albertus Magnus.
Andreas Matthiol'.
Antonius ab Altomari.
Aulus Gellius.
Abix.
Andreas Bellunensis.
Alphonsus Ciccharellus.
Bartholomęus Mõtagnagna.
Brasauola.
Cornelius Celsus.
Calistenes.
Democritus.
Diascorides.
Empedocles.
Erasistratus.
Fernelius.
Gigil.
Hermes.
Halyabas.
Iacobus de partibus
Ioseph. de bello Iudaico.
Liuius.
Musue.
Matthęus Syluatic'.
Nicolaus. Florentinus.
Oribasius.
Paulus Aegineta.
Plinius.
Philostonicus.
Rhasis.
Rabi Moyses.
Serapio.
Thomas Linachius



LIBER PRIMVS DE AQVIS CADENTIBVS AB AETHERE.

CAPVT PRIMVM.

Scientia aquarum quo hîc instituatur ordine.



QVARVM omnium, quæ ſunt in cibis & potu hominibus vſui, ſi ſpecierum differẽtiæ prius in ordinem redactæ fuerint, ipſarum propriorũ effectuum ad hominem relatorum, quod nunquàm non inquiritur in re medica, erit facilior inueſtigatio per cauſas. Aquæ, pluſquàm alia, inter ſex non naturalia, cum cõferant ex Hippoc: ad ſanitatem, medicinæ ſcientiæ plurimam præſtabunt opem. Poſt omnia, vniuerſim aquarum facultatibus

Aquarum ſciẽtia cur in re medica, neceſſaria.

In libr. de aer. aqu. & loc.

explicitis, nõ inquam quæ, singulatim sint propriæ vnicuiquè speciei (quod præ illis absoluetur) sed quæ generaliter aquæ cõpetunt, vnà & simul in re medica aquarum scientia terminabitur. Aquæ specierum differentiæ indagabuntur, tùm ex earum causis efficientibus, & materialibus, penes quarum diuersitates, etiam formarũ dissimilitudines necessariò consequuntur, non dico substantialiũ, nam tantũmodò talis aquarum forma vna est, esse aquę: sed casu incidentium, quæ patent sensui, qualitas, ac temperies: tùm etiã ex inhærentibus attributis aquarum formis semper, nõ in alijs, & sub eis omnibus contentis, quæ quoquè conferunt ad harum specierũ cognitionẽ, & seiunctim, & vnà cũ dictis causis. Distinguentur inter se facultates aquarum variæ, per varias cõponentiũ proportiones, quibus aquæ constãt diuersis, & penè infinitis modis, ijsdẽ enim naturam afficiunt: nec non per ea, quæ dũ occurrunt aquis, eas alterare possunt, vt vel per varias præparationes ipsis obtingentes aliquo artificio, seu aliter à natura, fiãt vsui magis aptæ, vel alterentur vsquequò aut minus aptæ, aut non aptæ reddantur vsui.

Aquarum scietia in re medica ex quibus constat.

Facultates aquarum vnde sint.

SVM-

SVMMA CAPITIS I.

1 *Aquarum earum in hoc libro erit ſcientia, quæ ſunt vſui hominibus in cibo & potu.*

2 *Aquæ conſiderantur in re medica, vt referuntur ad hominem.*

3 *Effectuum notitia facilior eſt ex differentijs ipſorum cauſarum.*

4 *Aquarum effectus & facultates ſunt aut proprij ipſarum ſpecierum, aut communes aquis vniuerſim.*

5 *Facultates propriæ ſpecierum proueniunt à forma.*

6 *Forma aquæ duplex eſt, eſſe aquæ, & ipſius temperamentum.*

7 *Aquarum varia temperamenta cognoſcimus per earum differentias.*

8 *Differentiæ aquarum, & earum ſubſtantiæ & facultates innoteſcunt cognitis efficientibus cauſis materialibus, & inhærentibus proprijs.*

9 *Facultates aquarum innoteſcunt per componentium proportiones, & per ea, quæ eis extrinſecus occurrunt.*

10 *Temperaturæ aquarum facultates præ ſe ferunt.*

11 *Temperaturæ aquarum ſunt aut à natura, quarum proportiones infinitæ ſunt, aut artificio comparatæ.*

CAPVT II.

Quæ ſint aquarum genera, & ab æthere cadentium ſpecies, ac differentiæ, quorum facultates proponentur.

Diuiſio aquarum.

VTimur aquis ad omnia, quibus homo potitur, aut artificio aliquo non apparatis, aut arte aliqua tenuiorem præſtantioremquè ſubſtantiam acquiſitis. Non apparatas dico, quibus eo modo fruimur, quo ſeu ſcatendo ſeu aliter ipſæ ſe ipſas proferunt. Non apparatarum duo tantùm ponuntur genera cum aliæ excernantur ab æthere, aliæ ſcateant è terra. Qualia ſint maria diſputauit Ariſtot. non eſt hîc eorum locus, verum referantur ad hominem, dum aquæ ſalſæ facultates in ſequentibus euoluentur. Excernuntur ab æthere quæ ex vapore in nubibus genitæ deorſum prorumpunt: at non ita genitam cenſeas hanc aquam, vt ex vapore nõ exiſtente aqua ortum ducat, cùm ex plurium Philoſophorum ſententia formæ ſint eiuſdem & naturæ vapor & aqua, quin imò ipſemet Hippoc: in lib. de Nat. pue. nebulam dixit aquam in aêre, poſt ipſum alij aquam tenuem igni aeriquè permixtam; verùm remotio caliditatis à vapore euenien-

2. meteor. in princ.

cap. 8. li. 3.

Aqua non generatur in aere.

euenrientis ei à continente, vel ab alio, dicitur aquæ generatio, transmutatio inquam qualitatũ, alterationis motu, seu seiunctio sit ignis & aeris ab ipsa aqua tenui in vaporem redacta, propter quam transmutationem sequitur in aquis alia accidẽtalis forma. Omne quod sic prorumpit ab æthere, & si sit aqua, non putes pluuiam. Ros enim, nix, & grando cùm aqua sint, ex vapore in aere genita, non sunt pluuiæ, propterea duæ dictis aptentur particulæ, nõ congelatum scilicet, ac delabens à nubilo æthere: ita vt pluuiam dicamus non congelatam aquam à nubilo æthere labẽtem. Pluuiæ aliam græci dicunt psecadẽ, si sit aqua minuta: labroteram aliam, psecadis antithetõ, totam simul cadentem in quantitate magna, magnisquè guttis ab aere nubilo: Si alia pluuiæ aqua talis non sit, nec psecades, communi nomine nuncupetur pluuia, siue cum tonitruo pluendo, siue cum procellis coniungatur, siue absquè hisce additionibus intelligatur. Effluunt igitur ab aere nubilo aquarum non conglaciatarum species nõ nisi quinque: Quod si congelatum sit ab aere nubilo quod aquarum emittitur, erit vel nix, vel grando, erant nubes ante generationem, quales aquam generantes extant, ab

Aquarum pluuiæ differentię & species. 5.

Pluuia.

1. species.

2. species.

3. species.

4. Cum tonitruo.

5. Cũ procellis.

Niuis & grandinis materia & efficiens.

intensiori tamen frigore, propter ignis & aeris longè plurimam separationem ab eis, crassioribusque vaporibus, aliam notioné accipiunt. Nihil inter vapores est æquè crassius materia grandinis, secũdo loco niuis, tertio pluuiæ: frigiditas grandiné generans intensior est frigiditate producéte niuem, quæ quidem gignit pluuiam, dictis est imbecillior. Grandinis frigiditas per antiperistasim generatur, cõtinuò calidũ expellés in nubibus inclusum in regione aeris infima, per Auer. propterea in mõtium summitatibus mediá aeris regionem pertingétibus, nunquá spectantur grandines, sicuti niues ibidé spectãtur: à materia paulatim egreditur calidũ, hinc est diffusio frigiditatis in aere antequàm ningat. Omnis ergò pluuia vapor est condensatus in aquá. Nix & grando aqua cõgelata, prorũpés deorsum à nubilo æthere. Vaporũ cõdensatio si illicò fiat à fortiori agéte in materiá multam, & ventus comitetur eos, aquę corruũt procellosæ, absq; ventis nimbus & labroteræ: sin auté paulatim ab agéte debili, p̃secades: deniq; inter has vaporũ concretiones mediũ locũ tenent, qui sunt aquarũ cõmuni nomine vocatarũ pluuiæ. Pruina quamuis aqua sit congelata, nõ tamen in turbulento aęre ac nebuloso, veluti nix,

1. meteo. sup. cap. 4.

Aquarum cadentiũ ab aere sereno materia, & efficiẽs pruina.

nix, nec eã, vt ipsa, multæ materiæ crassitiem, & frigiditatis efficiẽtis robur ad sui generationẽ exposcit: quoniã in alijs nõ differt à niue, subtilis paucæq; niuis nomen à similitudine sortita est: Sicuti ros tenuissimæ pluuiæ, & si psecades non sit. Is etiam decidit ex aere sereno ac tranquillo. Vapore pruinæ, omnibusuè alijs vaporibus, tenuior ac magis rarus vapor facit rorem: cuius materia paucior aliorũ materia, ac leuissima, sereno cœlo, tota die à sole digesta, noctu aũt infrigidata, cõcrescit in rorẽ, in aliqua regione cõdensatur in mannam, vel in mel roris. Nõ est manna mel roris apud Arabes aliquos, sed tereniabin, vt credidit Mat. Syluat. etiã ex mẽte Serapionis, & si ei tribuat proprietates Auic. lib. 2. cap. vlt. & 694. quæ mãnæ congruũt. Men seu mãna secundum Arabes nomen est cõmune ad omnẽ mannæ speciẽ, seu cadẽtis roris, vel super lapides, vel super arbores, cuius species cũ omnes in nostra hac regione nõ cadãt, vt ad hominẽ referantur, nec aliundẽ huc portentur, dimissas nunc aliquas faciamus: hic vsu venientium facultates describentur infrà. Nõ collectus autem ros exiccatur à leui caliditate.

Ros.

cap. 670.

cap. 16. lib. huius.

SVMMA CAPITIS II.

1 *Duorum modorum sunt aquæ omnes, artificio*

non præparatæ, & præparatæ.

2 *Non præparatarum aquarum sunt duo genera, cadentes ab æthere, & scatentes è terra.*

3 *Cadentium aquarũ ab æthere 12. sunt species.*

4 *Vaporum & exhalationum diuersitates, & maior vel minor frigiditas, temperierum aquarum sunt in causa diuersitatum.*

CAPVT III.

Modus aquarum pluuiæ ex Hippocrate, vt hinc earum facultates innotescant.

PRo singularum aquarum pluuiæ effectuum cognitione per causas, circa modum ortus earum sanè paucis digrediemur. Compositionis enim modo cognito, & natura componentium comprehensa, patebit aditus ad compositorum potestates, per hæc itidem Hippocrat. consulta in lib. de ae. aq & loc. circa nubium exortum, & aquæ pluuiæ, constabunt magis: ex quibus forsan, quæ dixit Arist. decerpsit, ab Asclepiadum eodem genere trahens originem. Illam vnitatem habent elementa ignis, aer, aqua, & terra, ab vna eademquè materia, vt vnum potius dicenda forent, quàm aliud inter se inuicem distinctum: propterea ignem aiebat Plato materiæ ignitam partem, & eiusdem

1. Meteor.

Materia natura cõstantium vna est.

iusdem materiæ humectatam, aquam: ita vt vnum semper idemquè, in diuersas & omnes sit distractum formas, quarum alias relinquens, alias denuò aliasquè suscipit, carēs forma, ab ijsdem formis, quibus tunc induitur, tunc nomine notetur. Dum hominem ex igne & aqua formari vult Hipp. in pr. de Dieta, si eorum vnica materia tibi in mentem veniat, quæ ibidem dicuntur facilè intelliges: differentia sunt inquit facultate, consentientia verò & cōmoda vsu: id est, si cōtrariæ sint qualitates eorum, tamē actione & passione concordes, ex eorum inuicem materia consentiente, & commoda, vt alijs naturalibus nō indigeāt, dum his vtitur natura, vt formetur homo, ob id aqua concrescit in terrā, & liquatur in aerem, & ex alijs, hæc & alia, dum inuicem dissoluuntur per liquationem, & densationem. Aqua rarefactionem adepta, aer est: densatus aer aquę speciem sibi ascifcit, quæ iterum rarefacta tēdit ad aerem, cui permiscetur vt aliquando vterque turbidus inuicem contendat. Horum verò necessitatem hinc perquirere licet. Sol, stellæquè reliquæ, reliquusque ignis, in terram, nec non in aquam, & in quodque aggregatum ex omni aqua & terra, rarefaciendo dum calefaciunt, aquā

Elementa sunt vnum ꝓpter materiam, differentia, ꝓpter qualitates.

Ablatis vnius elementi qualitatibus fit alterū.

Sol in quę & quod agat.

liquāt : in terram autem poros inducūnt, & meatus, per quos sursum vergat, etiā à profundo pars in leuitaté redacta: hæc erit si terræ exhalatio, calida & sicca: vapor, si aquæ, calidus & humidus. Simul duo hæc eleuata, separatim, vel mistim, ascendūt ex eorum natura. Vapor & si aqua sit rarefacta, nec ab aqua differat, nisi rarefactione, à qua caliditaté accidentalé adipiscitur, tamen impulsus quoquè ab exhalatione, etiam quia à sole caliditatem recipit, à calido aere cōtinuatam ad aeris vsquè mediá regioné si eò pertingat, magis ascendit: vnde Hipp: sol quod tenuissimū ac leuissimum est in aqua sursum rapit, nō attrahédo, sed rarefaciendo dicas. In sublime mistum hoc eleuatū, non dum noctem refert, nec nubes generatæ sunt, sed circūfertur, & admiscetur ad aerem, hoc est ad se inuicé conté- dit vterquè alter & aer. Ex exhalationibus hoc compositum vaporibus & aere fit particeps hæteregenearum partium & dissimilium in crassitie ac tenuitate: tenuiores ascendunt magis: ex crassioribus turbidę, & noctem referentes, non multum, hinc aer turbidus fit & nebulæ in hac aeris infima parte: non ita crassæ simul confusæ sursum petunt. Exhalationum verò ascensus, cum sublimior vaporum extet ascensu, re-

Exhalatio & vapor quid sint, in quo, à quo, & quo modo fiant, & quid agant.

In lib. de ae. aq. & lo.

Nubes partium sunt dissimiliū.

ſu, relinquit non abſque ratione ſe ipſo frigidius illud mixtum, magis magiſque, quia in media, quæ frigida eſt, aeris regione, perſiſtit: tunc qua parte deficit calor disgregans, frigiditas denſiorem conſiſtẽtiam operatur, fiuntquè nubes: hoc nimirum eſt illud, quod etiam aliquando derepente ſereno cœlo, eſt adeo denſa nubium conſiſtentia, vt non ab igne, non tonitruo, nequè fulgure ſummitates earum deinde ſeiũngi poſsint. Propter hæc eorum locũ petere cùm prohibeantur, vt plurimùm violentia quadam extruduntur infra. Exhalatio horum omnium cauſa eſt, quę nubibus includitur: Si verò permiſceatur eis multa, indè venti concutientes efflant omnia. Quæ pluunt aquæ abſque tonitruo & procellis, etiàm abſque multis exhalationibus, eo modo ſunt eadem genitæ in ſuprema nubiũ denſiori parte, quo aquarum guttæ in operculis euaporantia claudentibus gigni ſolent: hoc idem efficit frigiditas, dum caliditatẽ deponunt vapor & aer, non niſi in aquã vergunt: cõmunis eſt vtriſq; ipſorũ met humiditas, caliditatẽ deponũt tùm ex aeris natura regionis, tũ ex calidorũ vaporibus iũctorũ ſecretione. Ex his cõſtãtes aquę vaporibus & exhalationibus, idẽ recipiũt, ex quo efferũtur rarefa-

Tonitrua.

Procella.

Qualis eſt vapor, talis fit aqua pluuiæ.

ctæ:

ctæ: veluti per ignem aqua sublimata rosarum, florumuè, mali medici & aliorum. Aquæ igitur plutæ si ex illis fiant, necessario facultates referent exhalationum & vaporum, vt plurimum sibi habentes admistum aliquid aeris, terræ & quoquè ignis, quibus cum confunduntur, quoniam se inuicem contingunt, & eorum est omnium consensus. Sic ex exhalationibus asseratur aquas gigni, & si primò non ex illis fiat, cum potius impediant aquarum in aere concretionem: dum aeri & exhalationibus vapores plurimùm permiscentur, in aquam cogi non possunt: his verò se iunctis, alium locum occupantibus, eam densitatẽ vapores, qui sunt aqua tenuis, denuò suscipiunt, vt in aquam trãseant vulgo sensibilem, seu congelatam, seu aliter. Propterea in aquarum facultatum indagatione componentium necessariò requiritur inquisitio, compositionisquè modus.

Ex exhalationibus an fiant aquæ.

SVMMA CAPITIS III.

1 *Potestates compositorum dependent à componentibus.*

2 *Elementorum vna materia est eadem semper, distrahitur in omnes formas, à quibus denominatur.*

3 Quam-

3 *Quamuis elementorum qualitates inter se sint contrariæ, tamen elementa & eorum vires concordes sunt, vnde inuicem generantur agunt & patiuntur.*

4 *Vapores, qui materia sunt aquis, habent partes heterogeneas.*

5 *Exhalatio vaporibus iuncta, eorum enim est cõsensus, etiã in aquarũ generationẽ concurrit.*

6 *Vapor non fit aqua, nisi recedant ab eo exhalatio & aer, caliditas aeris scilicet, ac terræ siccitas.*

7 *Aquæ resipiunt efficiens & materiam, ex qua fiunt.*

8 *Aqua aliquando compositum est corpus.*

CAPVT. IIII.

Aquæ pluuiæ natura.

OMnigenos esse decet per ea, quæ supra dicta sunt, vapores, qui materia sunt aquæ pluuiæ: à quocunque sanè humido olido, putrido, vel aliter misto eleuantur, dummodo sit aptum rarefieri. Cum huiusmodi sint vapores, erit aqua pluta ex plurimis humidis rarefactis permista & congregata. Ex quibus duo deducit Hipp: cito eam putrescere, & malè olentem esse Cui Hipp. positioni aduersari videtur Auic. non propter diuersa humida a-

In libr. de aer. aqu. & loc.

ca. 16. doc. 5. fen. 2. pr.

Aqua pluuia an cito putrefiat quia tenuis, vel quia omnigeni sunt vapores.

da aquam pluuiæ putrescere volens, sed propter multam suæ substantiæ tenuitatẽ, aliàs esset vituperanda nõ laudabilis, inquit: opinionem suam hoc tantùm medio corroborat, omnis subtilis substãtia multã recipit pasſionẽ: ſigno fit quoque manifestũ, nam tenuis aqua citò præbet aeri aditum & igni, ratione in quã tenuitatis facile aquam vergere ad vtrumq; ac terram: ac ratione eiusdẽ tenuitatis citò putrefieri, secundũ ipsiusmet Auic. verba, inficiabor. Si putrescit propter receptas pasſiones in tenui substãtia, quæ igitur recipiuntur pasſiones in causa sunt putredinis: tales pasſiones ex eiusdẽ assertis dicas corrũpens terreũ & aereũ, dum aquã putrescere vult, quia in ea citò operantur corrũpens terreũ & aereum: verum terra & aer potius aquã non perfectã perficiunt, vt in sequentibus putefiet, quàm deprauãt, propterea corrumpens apposuit: at si hæc sint corrũpentia etiã putrefaciunt: terrea igitur & aerea quò magis diuersa sunt in tenui substantia, eò citiùs & facilius putredo inest. Nõ igitur propter tenuẽ substantiã, sed propter diuersitatẽ in tenui substantia, sublimata sublimatione tenùs vltima, quia tenuiora, per se minus corruptibilia reddũtur, sicuti etiã ex herbis aquę per sublimationem

tionē extractæ. Præterea Gal. cap. 2. lib. 7. citat. ex ſententia quoque Andromachi, addit aquā pluuiæ cuidam pharmaco, quo minus obnoxiū ſit putredini: Si putredinem arcet propter ſubſtantiæ tenuitatē, ſit pueredini obnoxia propter miſcibilia. Tenuis faciliùs mutatur in ea, quibus cum miſcetur: mutandumq́;, quo tardius alteratur, eſt eò craſsius, magiſq́; terreſtre. Nō propterea dānanda eſt hæc aqua per Auic. quia eſt ex plurimis, rareſacta enim illa plurima, ac pręparata ſunt, vt infra, excolatione ac decoctione. Nec quoniā cito putreſcit opineris improbā, nā non niſi putridis impuriſuè occurrens in eorū naturam migrat: Paul. cap. 50. li. 1. facilitatem verſionis probitati potius, ac virtuti tribuit, quā vitio, quod etiā Hip. teſtatur 5. aph. 26. leuitatē aquæ notari à cita calefactione, & refrigeratione, ad hæc, quæ citò vergit aqua, leuior eſt, quod inter ſigna optimæ aquæ adnumerari certum fiet.

Cito putreſcentia nō omnia improba.

cap. 10. li. 5.

SVMMA CAPITIS IIII.

1 *Aquæ plutæ materia ex plurimis conſtat in tenui ſubſtātia, vnde p ſe facile putreſcit, et mala olet.*

2 *Aquæ plutæ ſubſtantia tenuiſsima eſt, vnde facile & frigeſit, & caleſcit, & putridis impuriſue occurrens talis euadit.*

3 *Aqua pluuiæ putredinem prohibet.*

4. Aqua

4 *Aqua quo citius transmutatur, eò magis laudanda.*

5 *Aqua pluuiæ si sit ex plurimis, tamen illa plurima sunt à sole decocta, id est rarefacta.*

6 *Aqua quo tenuior, eò citiorem præstat aditũ aeri & igni.*

CAPVT V.

Facultates aquæ pluuiæ.

c.9.& 14.in libr. de ae. aqu. & loc.

Quos morbos & symptomata inferant.

PLuuiæ aquas eas intelligit Hipp: quę excolantur & decoquuntur, de quibus in libro 4. pertractabitur: non autem sic apparatas raucedinem inducere ab eodem deprehẽdimus, & vocis grauitatem, per quę ab illis lædi spiritualia indicauit. Adduntur his à Gal: in lib. de bon. aq. tussis, & capitis grauedo. Vocis grauitatis causam nos docet Hipp. loquens de Phasianis scythiæ populis, obscurum aerẽ & maximè humectatum, aspera etenim arteria vocis instrumentum optat naturaliter exiccari, in hecticis, quia exiccata est, sentitur vocis gracilitas. Aqua humiditate replet caput, id infixum esse ori dicebat Hipp: in epis. ad Demet. regem, veluti medica cucurbita, quo repleto, cùm vetus à recenti continuò expellatur, si deponantur humiditates in saryngam & secundum

Trachea arteria humectata, vocis fit grauitas.

Caput à toto corpore trahit.

Paul.

Paul.cap. 28. lib. 3. in guttur, & arteriam asperam, tunc raucedo, si in nares Gal. 2. de Sy. ca. cap. 4. grauedo fit vocis: variæ distillationes fiunt penès in quos labitur locos, quod etiam notauit Aet. in aqua pluuiæ, quæ diuturno tempore moram traxerit. Magis hæc aqua humectat, quàm procellosa, & cum tonitruo, quia nõ multas admistas sibi habet eius materia exhalationes: nec tantum emollit caput, sed quæ à capite ortum ducunt, & carnes, viscera, & humores. Sic mollito corpore vt plurimùm sequuntur, quæ Hipp. in lib. de affect. decreuit, sudor, vrinæ, & alui secessus. Nihil ex ea fit in corpore præter quandã humidi abundantiam, quãtocyùs ingestorum respectu redigitur in nihilum. Habet in se quippiam astringens, Gal. 7. catat. cap. 2. quoniam partes quæ feces retinent, cibum & sanguinem, nerueæ cum sint, humectatæ minus laxant, imo contrahunt, quia humiditas illa est incoctilis, quoniam aquea: aliam huius rei causam depromito dum de aqua cisternæ verba fient. Magis humectare hanc, aquis iam dictis, & eliquatis à grandine & niue, à componentium qualitatibus patescit, in grandine & niue pars humidi tenuior euanescit propter frigus; in procellosis & cum tonitruo

Ser. 3. cap. 165.

Cur adstringat aqua pluuiæ.

li. 4. cap. 9.

Tres modi læsionis per has aquas. Humectãdo, deferẽdo, & putrefaciendo.

exiccatur ab ignita materia. Afficit igitur aqua pluuia etiam replendo corpus, quod ei astringendo fortuitò contingit, afficit caput, partes, quæ circa tonsillas sunt, pectus, & renes, varijs affectionibus secundum diuersos humorum lapsus, mitium inflammantium, vel corrodentium : labuntur madidi humores aquæ humiditate, vt vnus idemque humor diuersis in locis diuersos perpluresque morbos pariat, difficiliores vel mitiores, ex ipsiusmet quantitate vel putredine : quid si varij sint humores? Aquæ si repleant non putridæ, putrescentium omnium qualitatum participes cum fieri valeant, qualis erit repletio? Fiunt morbidæ insalubresque causæ : facillime per has orietur affectio, quam popularem pituitam vocauit Hipp. in libr. de inter. aff. quodque omnium erit maximum aquam pluuiæ bibenti non solùm dictæ passiones contingent, at non puram & putidam potabit : male olida fit causa virium prostrationis, totius corporis habitus emaciationis, & membrorum omnium, præter splenem: natura propter eam aduersatur coctionibus, innatum calidum corrumpitur in exterum putridum. Ad hæc omnia promptiores æstate sunt hyeme & autumno plutæ,

Quas partes afficiat.

Ab aqua omnes partes gracilescunt præter splenē.

plutæ, contra multorum opinionem, quàm in reliquo anni tempore. In vere autem pluentes omnium horum optimæ iudicantur, ratione aeris temperatæ constitutionis: in æstate verò hyeme & autumno plutæ naturam vel ferè nitri referent, terra tunc temporis magis æstuante, aere & aqua abundantibus refertisque igne siccitatibus & exhalationibus: vel ratione frigiditatis crudissimæ sunt & incoctiles: vere aquis tepescentibus & aere, non obruti frigidis calidisuè vapores fiunt materia saluberrimarum aquarum.

Cur aquæ vere plutæ sint alijs meliores.

SVMMA CAPITIS V.

1 *Aquæ plutæ epotæ raucedinem efficiunt, vocis grauitatem, tußim, capitis grauedinem, & nephriticas paßiones.*

2 *Aqua pluuiæ humectat magis quàm procellosa, cum tonitruo, aquis niuium, & grandinis.*

3 *Impura & putris est aqua pluuia.*

4 *Plutarum aquarum peiores sunt quæ æstate, hyeme, vel autumno pluunt.*

5 *Aqua pluuia potest fieri causa morborum &*

humectando, & deferendo, & putrefaciendo.

CAPVT VI.

Quid posit in hominem aqua pluuia cum tonitruo.



On omne fluidum humectat, & si omnis aqua, vt aqua est, nō tamen humectat omnis aqua, propter admisionem alicuius extranei. Plutæ aquæ si ex vaporibus, vt dictum est, quibus permixtæ fuerint exhalationes, ortum trahāt, aliquantulum erunt æstuosæ, calx dum permiscetur aquis, & si postea resideat, non ob id eius qualitatis aqua non est compos: præterea si tantùm in aliquo terreo vase moram traxerit, multotiens illius terræ qualitates, & gustui refert, & olfactui, non igitur eò magis eorū suscipiet qualitates, quæ ad illius generationem concurrunt, & ei quoquè permiscentur. Quo plures cum vaporibus effunduntur exhalationes, eò æstuosior, ac ad omnia deterior aqua generabitur. Nec exhalationum caliditati æquari putes frigiditatem aquæ, imò in contentionem venientes, dum calent, minorem seu ferè nullum

Quæ aquę æstuent potatæ.

Causa æstus in corpore ab aquis.

nullum sui inuicem sibi ipsis præbent vsum: se vicissim confligentes hinc inde distrahunt futurum alimentum, nullo circuitus naturalis ordine seruato. A vaporibus madefiunt corporis partes, verùm ab exhalationibus non solùm exiccantur, sed acredinem contrahunt naturæ molestam, qualem in exustionibus interdum experimur. Cognoscimus vaporibus esse permistas exhalationes, quando dùm fit pluuia insunt tonitrua vel ventus, ventus exhalatio est in aere, tonitrua autem in nubibus. Hanc causam assignato dictis ab Hippocrat. 6. Epid. sec. 4. aquæ cum tonitruo æstuosæ, procellosæ autem malæ. Cũ tonitruo sunt, quibus cum tonitrua fiunt quando cadunt. Æstuosæ calorem nimiũ inducunt in se bibentes. Ex quibus nõ video, inter aquas plutas, cur aqua cũ tonitruo præcipuè cõmendetur ab Auic. et quę in æstate cadunt, cuius rationem ipse non attulit, si ratione rarioris substantiæ infirmissimum est medium, vt in cap. de rore. Æstum cum tonitruo aqua non tantùm in corde parit, etiam si vnà cum aere expuatur ab ipso, sed etiam in carnibus, aluo, chylo, totoque sanguine, per quem etiam in venarum tunicis, ac toto corpore, si statim pluta bibatur: extrinsecus caliditas

Quæ partes æstuẽt ab aqua.

ſuperuenit ſanguini per æſtum, cuius caliditatis natura potens eſt corrumpere, quod eſt putrefacere, per conſequens febres quaſuis putridas inducere. Duplex calidum ineſſe nobiſcum poteſt, natiuum & extraneum, natiuum ſemper concoquit, extraneum ſemper corrumpit. Vnde eſt aptiſsimum, bilioſis acutiſque morbis, vt per eam ſe induat hiſce natura: præſertim ſi bilioſi ſint ventriculi, minori opere, quàm aqua alia, tranſit in bilem: hecticam commouet & hydropiſim, in diſcraſiam ducens hepar, humores exiccando & ſpiritus ignitæ materiæ ratione, propter quam inſuper quàm facilimè mutatur in flatus: in corporibus flatus is eſt ſpiritus, qui aer exiſtit dum eſt extra corpus, à quo fiunt omnes morbi. Nutrimentum ſubuertitur à flatu, corrumpitur digeſtio, in cauſa eſt miſta materies ex exhalationibus & vapore, propterea ſitim non extinguit. Valet ergo ad ægritudines hæc aqua plurimùm in naturam: Infirmo capiti infeſtiſsima, replens illud & vaporibus, & tenuiori ſanguine, quoniam ſurſum tendit.

Morbi quos concitet.

Hip. in lib. de Flat.

SVMMA CAPITIS VI.

1 *Aquæ cum tonitruo ſunt cum quibus tonat, quando pluunt.*

2 *Aquæ cum tonitruo sunt cum exhalationibus: & pluta tonitrua pluralitatem indicant exhalationum.*

3 *Aquæ cum tonitruo sunt æstuosæ.*

4 *Mutantur facillimè in flatus.*

5 *Exiccant & mordent.*

6 *Febres putridas aptæ sunt inducere, morbos à bile, hydropisim, hecticam, & infirmo capiti infestißimæ sunt.*

7 *Non ergo commendanda est hæc aqua contra Auic.*

8 *Duplex calidum corpori inesse potest natiuum, & extraneum.*

CAPVT VII.

Vis aquæ procellosæ.

PRocellosæ eò dicũtur aquæ, quòd omnia concutiunt propter exolutas exhalationes in ventum, concutiunt ventorum robore vehementer omnia commouentium. In huius etiam aquæ ortu ex exhalationibus & vaporibus est materies permista: in aqua autem cum tonitruo permistæ, occlusæ, & ignitæ. Non propterea eodem modo in vtrisque permiscẽtur exhalationes, partim secedunt à vaporibus in tonitruo, magis mi- Procellosarũ aquarum essentia.

ſcentur in aquis ventorum motu : præterea earum eſt diuerſa natura, ventorum materia craſsior eſt, materiâ tonitrui, magiſq; frigida : propterea quæ dicta ſunt de aqua cum tonitruo, de procelloſa quoque intelligantur : potentior verumtamen eſt hæc aqua ad illa omnia generanda, quæ efficit in hominem, quàm aqua cum tonitruo : ſiccior & calidior exhalatio eſt materia tonitrui : aquæ naturam ſiccitates conflictantut : cum aquarum humiditate valida contentione decertat ſiccitas, verùm quia rarefacta magis eſt in aqua cum tonitruo, poteſt facilè coherceri, aerem magis humectat aqua, quanquàm ſit ipſe

Facultates. humidior. Vndè longè deteriores arbitrétur aquæ procelloſæ, ijs quæ cum tonitruo, & craſsioris ſubſtantiæ, vltra æſtum concuciunt ea in corpore, quibus occurrunt. Non immeritò Hipp. cum tonitruo æſtuoſas, procelloſas verò malas pronun-

6. epi. ſe. 4. ciabat. Aquæ cum tonitruo medelam non nunquàm afferunt exuberanti qualitati contrariæ: procelloſæ ſimpliciter malę, nõ ſolùm quòd ſupra dicta validius inferát, at quia abſolutè detrimẽto ſunt, nõ tamẽ maximo, veluti aquæ à niue liquatę, et glacie, quas peſsimas pũtat Hi. opponitur optimo peſsimũ, cui ſupponitur malũ. Detrimẽto

ſunt

ſunt, quia qbus mederi debent epotę & in corpore caſtigare, prauè caſtigãt & medentur. Afflictiones in ſanguine promouẽt, viliſque ſanguinis, per quas ex eorum ſtatu dimoti, tenuiorem ſanguinem reddentes, repletur ſanguis diuerſis humoribus ſibi non familiaribus. Inter procelloſas decidens flante borea, omnibus eſt frigidior: flante verò auſtro, calidior eſt, minuſque dulcis, ſalſa potius. Sic ex aliorum ventorũ natura, aquarum effectus procelloſarum notare non erit difficile. Præ ſe fert ventus conſtitutionem præſentis cœli ſtatus, & aquę venti illius: talis eſt flatus potentia in naturam hominis, vel expiretur, vel in aquis exiſtat, qualis eſt aeris alterati natura, ſiue alteretur ab igne, ſiue ab aqua, ſiue ab exhalationibus: pariter talis eſt aquæ facultas, qualis venti illius exiſtit aquis permiſti.

Tẽperies harum aquarum, ſequitur procellæ qualitates

Aeris & aquæ moderationes ſe inuicem conſequuntur.

SVMMA CAP. VII.

1 *Procelloſæ aquæ ſunt, quæ pluendo concutiunt omnia propter ventum eis admixtum.*

2 *Aquæ procelloſæ ſunt cum exhalationibus, & procellarum multitudo præ ſe fert exhalationum multitudinem.*

3 *Malæ ſunt, & craſſæ ſubſtantiæ.*

4 *Idem & peius efficiunt, quod aquæ cũ tonitruo.*

5 *Decidens cum borea frigidior est.*

6 *Cum austro callidior & salsa.*

7 *Talis est ventorum potestas in naturam, qualis est præsens cæli status.*

8 *Talis est huius aquæ natura, qualis est natura venti eam concomitantis.*

CAPVT VIII.

De aqua labrotera.

Essentia. LAbrotera aqua citius allabitur, magisque simul tota, quàm alia pluta aqua, hanc Latini dicunt nimbum, & imbres, celeritatis condensationis in causa est multitudo vaporum à validiori agête: quod intensius ac potentius citius operatur, & magis in labrotera, quàm in alia aqua pluuiæ: id ostendunt & materia multa condensata noctem referens, & indè multarum aquarum effluxus: vnde aliis deteriores, magisque viscidæ sunt laboteræ. Differunt à procellosis, quas fieri assertum est per plurimam exhalationis mistionem cum vaporibus, labroteram verò per intensiorem frigiditatem in materia multa absque procellis. Materia multa imbuitur confusione omnigenum va-

Facultates porum, ob id aliis promptiores ad putredinem statuũtur: corruptæ aquæ illa quo-

que

que corrumpunt, quibus obuiam fiunt, ea natura est putredinis, vt dissipet & corrũpat, quæ attingit omnia. Non autem eo modo corrumpunt, quod intus est in corpore, quo & procellosæ, & plutæ cum tonitruo, illæ possunt putredinem inducere flatu mediáte & æstu, hæ absque alio medio, non quia igne flatuque suffertæ, sed quia cum ex plurimis humidissimæ iam putruere. Corruptione itaque has aquas recipientia se inficiunt, & quibus admiscentur humores: nihil æquè naturam alterant, atque simplicia corpora, iis enim inuicem quàm facilimus propter familiaritatem patet aditus. Morbos concitant, dissolutionem innati spiritus vitalis & naturalis, natiui caloris influentis & insiti extinctionem, cor in palpitationem distrahunt, maligna vlcera, exantemata, pituitæ eruptiones, pestilentiales & sudorificas febres difficillimas iudicatu, & breui necantes affectiones excitant: vtplurimũ ij, quibus intùs coaceruata putredo est virus resipiens, repentè moriuntur: paulatim in ametriam rapitur corpus, donec aceruatim appareat. Vsui periculosissimæ sunt labroteræ: loquimur nunc de aquis nullo apparatis artificio, sic & supradicta ac dicenda intelligas vsquequò deuenia-

Morbi qui possint ab his inferri.

ad lib. 4. tur ad eas, quibus reparatis vtimur.

SVMMA CAP. VIII.

1 *Labrotera est aqua pluuiæ citiùs allabens, magisq́; simul tota, quàm alia aqua pluta.*
2 *Humidissima omnium est & viscida.*
3 *Obnoxia putredini.*
4 *Vsui periculosissima, quia quæ à putridis efficiuntur, ab hac effici possunt.*
5 *Aquarum in naturam facilis est aditus.*

CAPVT IX.

Niuis & grandinis aquarum natura.

Cur aquæ montium tenuissimæ sint, & planitierũ crassæ.

QVo maiorem molẽ referunt grandines & niues, ita eorundem materiam crassiorem denunciant, intensiusque frigus, montana loca, & summitates montium, etsi quàm alia loca magis algeant, tamen iis in locis antiperistasis adeò valida fieri nequit, caloris defectu, & quoniam eorum terra crassitiem à natura non est adepta, sed tenuis siccaque est, vnde aquas tenuissimas ibidem esse oportet, etiam aquarum plutarum ratione. In latis autem planitiebus, infimisque locis terra crassitiem non modicam retinet à natura, & aquas quàm crassissimas: ex quibus maiorem molem acquirunt grandines,

dines, quales cadentes ipse vidi in Latio VIIII. Kal. Nouembris, anni 1583. pendebant sesunciam, & aliquas dixerunt aliqui pendisse trientem, est locus quem dico, qualem nunc descripsi, contrarius montanis: cuiusmodi quoque est togata Gallia, per quam sæpesæpiùs videntur tales grandines. Nec istæ nec mole minores aquam dant laudabilem, sicuti neque niues, omnium qualitates inter se differunt secundùm magis & minus, ad qualitates autem relatæ, aquarum pluuiæ multùm inter se differunt, nam dum alia forma quid induitur, aliquas qualitates dimittit, & aliquas suscipit. Et si inter ea, quæ ab aere nubilo emanant, existat nix & grando, ambo tamen dum concrescunt, aliquid amittunt, per congelationem à frigore illud exprimitur & euanescit, vnde sequitur concretio: signo fit hoc manifestum ab Hippocrat. per aquam quæ gelu constiterit, eliquato gelu, remanet aqua quantitate paucior, non nisi per resolutionem seu secretionem dicas aliquarum partium (nubes heterogenearum diximus, ac dissimilium partium) prius ex quoque mixto tenuiora & leuiora, vel quæ magis aerea sunt & ignea, minori opere dissoluuntur ac secernuntur, quàm

Substãtia harum aquarum.

In lib. de aer. aqu. & loc.

partes reliquæ: remanet igitur à frigore concretum, quod crassius, ponderosius, & magis crudum est in aqua, expresso tenuiori, leuiori, & concocto magis à sole.

An aquæ niuium & grandinis per coctionē tenues euadant.

Non solùm dum congelantur, verùm etiã probabile est, eiusdem si quid relinquitur tenuioris, dissolui, dum à sole liquescunt in aquam. Per harum aquarum decoctionem idem reduci in pristinam naturam, probumque fieri, quale erat ante illarum partium apprehensionem, negat Hippoc. pro tenuissimo inquam & leuissimo olim exolutis, iterum per rarefactionem aliud tenuissimum ac leuissimum introduci in eliquatum: si fit contra Auic. hanc rationē adducit Hippoc. quod semel dimittitur in eis, vnquam nõ acquiritur. Propter quod fore turbidiores, densiores, frigidiores, & crudiores has aquas est necesse, reliquis aquis plutis à nubilo aere, quæ omnia eis euenire dictum est per congelationem: congelantur tùm per recessum ab eis ignis & aeris, tum per aquæ tenuissimi expressionem. Relinquitur igitur se ipso crassius mistũ, à quo aufertur tenuius, quod crassius à frigido fit se ipso crudius. Similes & has qualitates dimittunt ac suscipiunt aquæ pluuiæ, dum forma grandinis vel niuis imbuuntur.

citato loc.

ca. 16. doc. 2. fen. 2. lib. pr.

Hip. cit. lo.

SVM-

SVMMA CAPIT. IX.

1 *Aquæ niuis & grandinis sunt à craßis vaporibus, & intensiori frigore.*

2 *Cur in montibus vt plurimùm non fiant grandines.*

3 *Aquæ & terræ planitierum crassæ sunt, montium tenues.*

4 *Niuis & grandinis aquæ sunt frigidiores, crassæ, ponderosæ, crudiores, ac turbidiores reliquis aquis plutis.*

5 *Niuis & grandinis aquæ minus participes sunt ignis, aeris & aquarum tenuißimi.*

6 *Niuis & grandinis aquæ si coquãtur, craßitiem non dimittunt.*

7 *Niuis, aquarum & grandinis tenue exoluitur, & dum congelantur à frigore, & dum liquantur à sole.*

CAPVT X.

Operationes aquarum niuis & grandinis.

NIuis & grandinis aquarum potus (ex quo sequitur in stomacho cibi coarctatio, nõ cibi dissolutio, nocumentũ apostematibus maximũ, quæ intra sunt corpus, in pręcordiis diutissima mora, rarefieri enim ponderosa & densa ma- Partes, q̃-bus obsint & in eisdẽ quas affe-ctiones moueant.

gna ope postulant, similiter frigidissima calefieri, vt transmeant per corpus, quæ vix subigit potens calidum, hæ ventriculo imbecillitatem adaugent, illa cibis cruditatem) non conducit alimento per corpus digerendo. Venas hæ aquæ constipant frigiditate in coctili, difficillimè secedunt in hepar, difficilius in renes, adhuc difficilius in vesicam, cui magis, quàm dictis partibus sunt nocuæ: aluum sistunt contrahente frigiditate: ex quibus potissimùm causa fiunt acutorum morborum. Quod in eundem aluum prolabitur, non probè coquitur, sed vnà cum his aquis remanet crudum, si non ibidem corrumpatur ab aliquo humido putrido allabente, vel ibidem morante, transpirationes per corpus non molientibus. Pectori & pulmoni infensæ sunt, inducunt empyemata, spuitiones sanguinis, sputum non educentes: quòd si horum locorum siccitas iuncta fuerit aquarum frigiditati, venarum fit tractus, disruptio vasorum alibi & in pectore. Sunt infestissimæ assuetis pati neruorum dolores, eos incitantes, conuulsiones commouentes ac tetanos: ac esse (vt vno verbo dicam) omnibus neruorum speciebus, siue sensum siue motum deferentibus, nec non frigido cerebro à

natu-

natura, vel aliter omnium pesſimæ. Propterea notauit Ariſt. eas ſterilitatem promouere, aut fœmineum partum, vterum enim infrigidant, ſpermataque crudę: crudas dico apud naturam difficiles rarefactu, tenuitatis minus participes craſſas, inſuper crudas à ſole perfectam coctionem, vel etiam à naturali calido non adeptas, cum non nutriant. Quomodo coquantur aquæ, poſterius dicetur. Aquás has deniq; nō ſolùm ad ſupradicta, ſed ad omnia peſſimas cēſet Hipp. cum earum dulciſsimū, tenuiſsimum ac leuiſsimum ſit diſperſum in congelatione, vt dictum eſt. Ambabus autem inter ſe collatis, & niuis & grandinis aquis, multò peior eſt ad omnia grandinis aqua quàm aqua niuis: terrea magis eſt, craſsior, minusque aerea, generatur à potentiſsimo frigido, diſponitur à pollentiſsimo calido, à quo poſtea derelinquitur eius materia. Si igitur ſit aqua niuis peſsima, erit adhuc aqua grandinis multo deterior.

li. 20. de gene. an. ca. 2.

Cruditas quid ſit in aquis.

lib. 5. ca. 4.

In lib. de ae. aq. & loc.

SVMMA CAPIT. X.

1 *Peßimæ ſunt aquæ niuis & grandinis apud naturam.*

2 *Deterior eſt aqua grandinis, quàm aqua niuis.*

3 *Inimicißimæ ſunt ſeceſſui, vnde ſunt in cauſa acutorum morborum.*

4 *Non humectant cibum, aduersantur ventriculo, pectori & neruosis partibus.*

5 *Sterilitatem vel fœmineum partum disponunt.*

6 *Crudum dicitur apud naturam, tum non coctum à sole vel igne, tum difficile rarefactu ab innato calido.*

CAPVT XI.

De aquarum lacustrium, palustrium, stagnantium & stabilium natura.

EXcretas aquas ab æthere nubilo vsque huc considerauimus, non vt in aliquo loco collectas: colliguntur enim veluti in piscinis, in vsum non potus, sed natationis, vel alterius vsus, in lacubus, paludibus, denique inter stagnantes & stabiles aquas. Fluunt, quæ in aliquem torrentem colliguntur, hîc etsi dicatur de stabilibus, tamen quid inter se distent & stabiles & torrentium aquæ, penitùs non faciamus omissum. Ratione lapsus per opaca loca coarctata, saxea, tophacea, frondibus, aliisque putridis referta, à calore æstiuo exusta, non nisi improbæ iudicantur, non quemadmodum stabiles ponderosæ & crassæ, cum in illis detrahatur tenuissimum à sole, sed sunt vt illæ vsui nostro non cõmodæ, quàm minimam occasionem

Torrentiũ aquę quaes.

sionem nactę in omnes putredines feruntur. Quarum omniū species tali distinguātur methodo. Collectarum alicubi aquarū pluuiæ, aliæ fluunt seu cū aliis aquis in fluminibus & riuis, quarū facultates hîc inuestigare quis poterit, ex diuersarū aquarum in vnum collatis potestatibus, easdē enim retinent inter se confusas, seu per se solæ vt torrentes fiant: aliæ in aliquo loco collectę morantur, aut arte quapiā cōstructo, si sub terra, dicuntur aquæ cisternæ, si non in imo terrę, piscinarum aquę, aut nō arte coactæ, sed hinc inde labuntur, in deuexis locis in vnum locū colliguntur, vel cū aliis aquis in lacus, vel in paludes absq; aliis aquis: palustres sunt quæ alicubi morātes, plerunq; exiccantur ęstate, quod lacustribus non euenit, sed ꝑpetuò abundāt æstate & hyeme: stagnātes relinquuntur à mari vel flumine, inundantibus loca dū retrogrediuntur. Cōmune est omnibus, ita collectæ vt stabiles sint. Omnes hæ aquas omnes procellosas, cū tonitruo, labroteras, niuales & glaciales recipiūt in se ipsas, & quascunq; quouis decidāt anni tēpore. Ex qua omnium mixtione, nec nō cū stabiles sint, in terræ poros penetrantes, earum naturæ perplures adduntur qualitates. Sol continuò ab eis eleuans, quod

Differētiæ plutarū aquarum, si alicubi colligantur.

leue est ac dulce, densissimum relinquit in illis, perlucent non iam, sed potius virides, optimæ aquæ colorem dimittunt: si malè oleant, iam cænosæ factę sunt & pu-

Tēperies. tridæ. Æstate vrũtur à sole, percutiente eas, vnde biliosissimæ non humectantes fiunt. Hyeme conglaciantur, turbidæ ab allabentibus in eas niue, glacie, plutisque aquis, & ab aere hyberno, cum frigidissimus sit, frigidissimæ euadunt & pituitosissimæ.

SVMMA CAP. XI.

1 *Torrentium aquæ improbæ sunt, quia putridæ.*

2 *Palustres, lacustres, & stabiles aquæ cõgregantur ex pluribus aquis specie differentibus, propterea differentes habent facultates.*

3 *Quæ omnes densißimæ sunt, decolores, qualitatum non expertes.*

4 *Æstate calidißimæ, biliosæ.*

5 *Hyeme frigidißimæ, pituitosæ.*

6 *Differentias, quibus distinguuntur inter se aquæ plutæ alicubi collectæ, ex hoc capite desumito.*

CAPVT XII.

De effectibus aquarum lacustrium, palustrium, & stabilium.

Per hyemē quid inferant.

QVàmuis frigidissimas dixerimus hyeme huiusmodi aquas omnes, tamen

tamen quàm aptissimæ sunt acutorũ morborũ generationi, peripneumoniæ, pleuritidis, phrenitidis, causonis, non aliam ob causam crederem, quàm ex aluo suppressa: dicebatur ab Hippoc. liquida aluo non fiunt acuti morbi: ab his aquis supprimitur aluus, primò quia densissimæ sunt & exiccatę, humidum exiccatum flatum induit: flatum exhibentia sistunt aluum: secundò, quoniam ex earum cruda frigiditate icores coercentur inter sanguinem, vnde putrescunt, siquati verò à calido putrido, quoniam tenues morbos acutos pariunt, nec non lethales, si principem locũ petant. Æstate potatę, anxietudinem propter æstum, sitim, viscerum inflammationes, præsertim lienis & hepatis, dysenterias plurimas, regios morbos, & alui diuersa profluuia concitant: multam bilem aggerant, sicuti hyeme pituitam: quibus quò patet aditus, continuò eò defluentes, ægritudines afferunt. Bilis hæc aggerata non alit, sed sanguinem inficit coloribus iisdem, quos ipsa tenet: à sanguine flauo redduntur fulua carnes & cutis: eius quidem bilis pars & per deiectiones, & aliunde expellitur à natura. Si per vlteriorem vstionem crassescat intùs existẽs bilis, diuturnas quartanas cõmouebit, vel maligna

In lib. de ac. aq. & loc.

Hip. in lib. de loc. in Hom.

Quid per æstatem inferant.

vlcera, si foràs repat. Denique omnes hæ & illæ aquæ damnandæ sunt in omnibus, quibus habemus opus: ab earum vsu continuo morbi fient melancholici, biliosi, & pituitosi, formam corrumpentes & habitum corporis, huc & illuc vagantes huiusmodi humores & in sanguine, & in carnibus, cum nullum alendis particulis præstent vsum, aduersabuntur sibiipsis, & habitui corporis naturali: inducetur alba pituita, præsertim mulieribus, & pituitosis viris, cum in eis nō multum calescat quod ingeritur: reddito sanguine aquosiori, color albescit corporis. Splenes magnifient, modus ponitur ab Hipp. in lib. de morb. muli. Reddētur ventres calidi, duri & graciles, à colliquata pinguedine circa ventrē & omentum: aluus calida non solùm trahit à capite humiditates, at à toto corpore: Tumentes splenes trahunt ab aluo, à ventriculo, & reliquis partibus maiorem alimenti partem, quàm reliqua simul loca trahāt, attractum distribuunt ad venas, & inferna loca, eliquat sanguinē & reliquas in carnibus humiditates, quoniā acrimoniam habet, humiditas, qua destituuntur partes, attrahitur à liene, partes tunc gracilescunt, supernæ potissimū, humeri, claviculæ, pectus, & facies, aliquibus tumet facies,

Quos morbos gignant.

Cur tumescat liē ab his aqs.

facies, in causa sunt crassarũ venarum rami, per hæc loca progredientes, exiccatæ venæ trahunt à carnibus. Infernæ autem partes replentur aqua, venter tumet, & supernæ & infernæ fiunt calidissimæ: totius corporis fit color liuidus: aliquãdo erumpunt vlcera & circa tibias, & alibi fraudulenta, maximè si sic affecti biliosi natura fuerint, vel ipsis non cõtingant æstate sanguinis eruptiones, vel à naribus, vel hæmorrhoidibus, neque oris graueolentia, hæc sunt in ipsis quę prohibent talia vlcera. Aliquibus ramices accedunt, splene transmittente ad scrotum: varices aliis: calculi aliis in vesica ex vrinæ suppressione, vel etiam ardore, vesicæ passiones, ac nephriticæ: impotentia tenet corpus, præsertim lumbos, quoniam venæ implentur aqua, & calescunt vnà cum neruis, corroduntur gingiuæ. Si quis hanc aquam biberit ab esu sitiet magis, & esuriet, non enim ab hac cibi madefiunt, vt dissoluantur, & coquantur, vnde partes quo vescantur alimento, & si in ventriculum sit ingestum, habent opus. Quod magni deniq; est ęstimandum, legitur in li. de int. aff. Hip. post morbos genitos à comestione fructuum, ab vno potu tantũ stabilis aquæ pluuiæ (per quam omnes in hoc

Vlcerum in lienosis eruptiones quid ꝓhibeant.

capitulo collectæ intelligantur)gigni posse morbum repositum ab eodem inter eos, quorum causa est aqua intercus, adeò vehementem, vt neglectus breui tempore necet habentem se. Stagnantes aquæ in
Aet. ser. 3. cap. 165. Ægypto solummodo laudantur à plurimis, quas Nilus quotannis detrahit alias apponendo. Reliquæ stabiles omnes eò aduersantur naturæ, etiam à principio dũ germinat fœtus, vt vix eas bibentes mu-
quid inducãt in mulieres. lieres in ventre concipiant, & si concipiãt, magni sunt fœtus, ac tumidi, difficulter eduntur in lucem, & post partum puerperia purgamenta non commoda contingunt, aliquando, quod maius est, in vtero se habere credentes, per mẽses plures congestam aquam emittunt. Aliæ supradictis omnibus plurimæ similes sequuntur per has easdem aquas affectiones. Nõ est quid boni enumeretur in dictis hucusque aquarum singulis speciebus, vt opituletur naturæ, cum potius euitandæ, quàm appetendæ proponantur. Earum quippe effectus ad morbos præstare magis quàm ad sanitatem visum est, & qua ratione ad quos morbos inducendos. Ad species nunc reliquas accedamus, vt omnium naturæ patefiant & facultates.

SVM-

SVMMA CAPITIS XII.

1 *Stabiles aquæ cuiusmodi sunt lacustres, palustres, & stagnantes, aggregant bilem & pituitam in corpore, si bibantur.*

2 *Generant morbos acutos, biliosos, pituitosos, & melancholicos.*

3 *Inde fiunt affectiones & lienis & iecinoris ad formæ corruptelam.*

4 *Suppressa aluo fiunt acuti morbi, & liquida non fiunt.*

5 *Exiccatæ venæ trahunt à cornibus, & aluus calida trahit à capite, & toto corpore.*

6 *Splenes magnos habentibus si non effluat sanguis à sinistra nate, vel hæmorrhoidibus, vel os non male oleat, fiunt vlcera maligna, decidunt dentes à gingiuis corrosis, & fit habitus corporis liuidus.*

7 *Vix concipiunt mulieres bibentes has aquas, & conceptum omni ex parte non est naturale.*

8 *Morbum intercutem inducunt, morbos regios, & alui profluuia.*

9 *Stagnantium aquarum tantùm Nili laudantur.*

CAPVT XIII.

Pruinæ opus apud hominem.

CAdentibus sub diuersis formis à perturbata tempestate iam absolu-

tis aquis, & earum potestatibus: demissæ à sereno tranquilloque cœlo, quæ relinquuntur, & earum facultates iam recenseantur, per quas terra & in terris nascentia flores & frondes madent, vel tabescunt, pruina, ros, mel roris, & manna. In quibus à pruina ducto principio, reliqua singulatim tractabuntur. Pruinæ materia & si tenues vapores sint, non admodùm tamen à sole calefacti, vires debiles habente, non multum in frigido aere attolluntur, nec ob eandem causam exoluuntur. Hinc in summitates tùm montium, tum altorum ædificiorum non decidunt pruinæ, quia non ex ea aeris parte decidunt quæ loca hæc pertingat: In flores fructuumque germina decidentes non semper eadem efficiunt, quæ in herbis vel plantarum frondibus: Illa ferè exiccantur, hæ verò non reprimuntur, quoniam resistunt magis compressioni à pruinæ frigiditate, materiam densiorem præ se ferentes, adeo à frigido surculorum premuntur partes, vt humore eis secundum naturam inde difluxo arescant, veluti terra rigens in aquilonia hyemis constitutione. Sic ad exiccationem vsque etiam frigefacit pruina nostra corpora, verùm non ratione tantum frigiditatis, sed aliquando alicuius exhalationis quali-

Essentia.

Facultates.

qualitatem continentis, vt vrat, quod aliquando segetibus euenit. In omnibus alijs operibus suis ad hominem relatis imitatur pruina niuis facultates, refractiori tamen potentia: propter quod niue commodiorem, deteriorem autem aqua pluuiæ, adhuc multò commodiorem rore cẽseas pruinam. Pabulantur hanc animalia absque offensa: mala non infert veluti ros, & si ex vaporibus leuibus & tenuibus ambo fiant, in pruinæ tamen materia extorquetur ignis, aer, ac aliquid vaporum tenuissimi, eo modo quo diximus in niue: quod in rore fieri non videmus. Præterea crassius est ex quo fit nix, quam pruinæ materia, in hanc aliqua infertur à sole decoctio, valdè minor in niuem, vtrarumque tamen aquæ non probantur.

SVMMA CAPITIS XIII.

1 *Pruina commodior est naturæ, rore & niue: inutilior tamen aqua pluuiæ.*

2 *Infert pruina in carnes quod in flores, germina, & frondes.*

CAPVT XIIII.

Roris offensiones.

QVO leuior ac tenuior vapor est, faciliùs in aquam vertitur cæteris

cæteris concurrentibus, in aere calido dissiparetur, vel ascenderet magis, in gelido fieret pruina, verùm cum tepescat aer tunc temporis, quo ros cadit, tenuem tantùm ac leuem partem eorum rarefieri, à quibus eleuatur talis vapor, certum est: crassas ac densas liquandi vis eo tempore & si insit ambienti, non propterea sic attolluntur, vt misceantur aeri, veluti roris materia, contra Aetius ex plurima & crassissima humidate vaporem roscidum opinatur in aerem diffundi: tenue per æthera delatum coquitur vsquequo illi rarefactioni adueniente frigore, & si modico, vertatur in aquam, quæ cum omnium sit calidissima & tenuissima, id efficere fatendum est in hominem, quod in ouillum, caprinum, & suillum gregem fieri experimur: dum aquam intercutem fieri quoque posse vult Hip. à tuberculo in pulmone, probat id exemplo, ad quod ipse experientia excitatus est in boue, ouibus, cane, & sue, sic inferẽdo, in his hoc generari videmus, ergo magis in homine, homo etenim dieta vtitur morbosiore. Dicamus & nos, si in illis ros lienem auget ad mortem cum totius mutatione sanguinis in colorem atrum, quod per eorum dissectionem cernitur: in suibus si fluxiones cit à capite quàm celerri-

Cap. 163. ser. 3. substantia.

In li. de inter affect.

Facultates.

mè

mè ad vuam & tonſillas, nam humiditatem elidit vigentem in his, conſiſtentem in capite ad fluxum aptat, manentem in corpore defert ad caput, vnde rurſus dimittitur per eaſdem magis patentes vias: In omnibus, ſi ex eo non fiat ſanguis, ſed bilis atra vel flaua (dum humores vrendo ad hæc diſponit) quorum ſedes lien eſt & hepar, tumefiunt à copia. Dicantur igitur eodem ſimiliter inferri à rore in naturam hominis, non tamen ea celeritate, qua in oues, capras, & ſues inducuntur, cùm naturæ repugnantes non adeò validæ ſint contrarijs, dum in corruptelam eorum ſanguis fertur à iam genitis humoribus, vt homo in elementorum concretione temperatior, propter quam temperiem non ita facile læditur à confligentibus cum ea. Signo quoque fit manifeſtum, quod ros nobis aduerſetur, quoniam nos turbat eius acredine per alui fluxum, ſi quouis modo eo quis vtatur: turbamur à repentino motu ſanguinis & chyli, ſequitur horum repentinus motus, ex eorum cum rore cognatione in naturalibus: motus illæ inteſtina humectat ac mordet, quia ex eius tenuitate acris eſt natura roris, vnde alui ſequitur excretio. Ex quibus maximè pharmacopolas illos damno,

Ros vnde aluũ moueat.

damno, dedita opera cum rore colligentes rosas, pro infusione Syropi ex infusione solutiua rosarum, scientia non comprehẽdentes naturalia, transgrediuntur modum in eius compositione, quem eis descripsêre ad vsum naturalium periti. Præstantissima est omnium roris aqua in ophthalmicis, & collyrijs, propter eius splendorem, ac tenuitatem, quibus virtus visiua gaudet.

SVMMA CAPITIS XIIII.

1 *Ros aquarum omnium calidißimus est ac tenuißimus.*

2 *Auget lienem, corrumpit, hepar, & sanguinẽ.*

3 *Turbat aluum & naturam, putrefaciens enim est.*

4 *Destillationes commouet.*

5 *Rosæ non debent cum rore infundi, pro solutiua infusione Syropi rosati.*

6 *Ros est omnium aquarum præstantißimus in ophthalmicis.*

CAPVT XV.

Manna & Mellis roris natura.

CIrca procreationem mannæ & mellis roris diuersæ sunt opiniones Philosophorum, hanc veriorem puto, vnà

vnà cum vaporibus cõmisceri terrestre sic-cũ,pro materiali eorũ causa non vno mo-do,vnde diuersa cõposita producuntur:in melle verò crassioris: cõmissionem hanc non congelationé,sed esse coagulationem hinc pateat,in coagulatione aut exiccatur humidũ dum indurãtur terreæ partes,quę est à calido coagulatio, àut exprimitur ca-lidũ à frigido:primo modo dicta coagulatio terræ est & aquæ, secundo modo tan-tùm aquæ,condensatur enim à frigido,cui propria est congelatio:In Sal aqua coagu-latur non à frigiditate, non à calore, sed à siccitate,quatenus calori adiũgitur,iniecti sales in feruentem aquam illico liquantur, non liquantur in àquilonia tempestate, si-cuti in austrina,neque igni expositi,sed ab humido siue caliditati,siue frigiditati iun-gatur, actio siccitatis in humidum est,ne diffluat. Mannæ materia & mellis roris noctu humectata,summo mane in aduen-tu solis,quoniam tenuissima est, coagula-tur,quæ coagulatio neque à frigido, neq; dissoluitur à calido,sed ab humido.Alia di-ei,vel noctis hora,non coagulatur propter absentiã sic exiccantis calidi, & ita hume-ctatæ materiæ. Frigidũ primò impinguat aeré, deinde exiccatur à leuissimo calido: Illud pingue si minus exiccetur mel est ro-ris, si

Essentia Mannæ & Mellis ro-ris.

Ros an co-aguletur vel cõgele-tur in hæc.

ris, si magis verò manna: tunc temporis præ rarefactione facillimè resoluuntur à sole denuò in vapores. Mellis roris materia crassior est, & exhalationibus magis prædita. Ambo calidi sunt circa primum, acrimoniæ non expertes, propter quam aluum proritant, manna in siccitate & humiditate temperata est secundum Auic. & secundum Mesue in actiuis qualitatibus, secundum Auer. autem calida & humida, ros valde humidus, mel multò minùs: propterea eorum ijdem non sunt affectus, in rore partes terreæ nec exiccatæ nec aliter insunt vt in manna, mellis roris crassiores sunt mannæ partibus, consistentiam præ se ferentes, qualis mellis existit, ex quibus differant eorum etiam substantiæ. Quamquam roridum humidum insit mannæ, quod à natura penitus abiecimus, putrefaciens enim est, tamen illius roridi tenuius cum exiccetur in manna & siccum terreum admistum habeat, & pars ignis & aeris ab ea cùm secesserit, inter katartica numeratur, quorum est vsus, vt leniant.

Tēperies.

SVMMA CAPITIS XV.

1 *Manna & mel roris constant ex partibus aqueis & terreis siccis.*

2 *Coagulantur à siccitate.*

3 Calida

3 *Calida ambo ſunt circa primum, temperata in humiditate & ſiccitate.*

4 *Roridum humidum craßius eſt in melle roris, in quo craßius eſt etiam ſiccum terreum.*

5 *Manna muneratur inter Katartica lenientia.*

CAPVT XVI.

Mannæ & mellis roris poteſtates.

DIligenter animaduertit Rhaſis colligendam eſſe mannam in arboribus tamariſci. Dictũ eſt rorem obeſſe lieni plurimùm, ex quo mel & manna componũtur, diuerſas naturas & virtutes ab his recipit, ſuper quæ cadit, quàmuis ſu pradictam exiccationẽ ſuſtineat à natura, nihilo ſeciùs tamariſci folijs leptintica virtus ineſt, extenuatiua inquam, ſplenis occluſiones incidendo delet & abſtergit, nec non eiuſdẽ ſplenis apoſtemata, potiſsimũ quod græci Schyros dicũt, ſecundũ Serap. Ser. cap.31. li.agg. Gal. cap.39. lib. 3. de ali. fa. emollit & curat: colligit eam Gal. in thymo, alijſque herbis & fruticibus temperamento calidis & ſiccis, vt frigidis morbis accõmodatiſsimum exiſtat pharmacum. Sed quoniam nõ notũ eſt nobis an ſic fuerit collecta manna: eandem, ſi qua quis vtitur vera, adminiſtrari cõſulo cum decocto vel aquis, in quas immittãtur in pauca

quantitate vel frondes tamariſci, non cortex eius neque fructus, aliam enim à frondibus facultatem obtinent, vel thymus, vel quid his ſimile, ſi aliqua non repugnent, morbus inquam à bile, calidumuè corpus, in his enim per hæc facile in bilem vertitur. Abix opinio non recipiatur aientis mannam, quia exiccat, in fine primi, ventrem adſtringere, adhibitamq́ue in herrinis exiccare catarrum, expiare cerebrum, educere ab eodem craſſos flatus: authoris huius manna non eſt quæ lenit, ſed virtutes, quas alij mannæ tribuunt, adſcripſit ipſe fortaſſe ſpeciei Zacchari ab Auic. dictum Zacharum alhuſar, quod mannam interpretatur Abix. Manna ea eſt apud Arabes quam noſtri maſtichinam dicunt Aromatarij, nobis inde delatam denſam in gummæ modum, reliquam liquidiorem tereniabin, quam forſan mel roris noſtri nuncupant: quibus Braſauola cum non conſentiat, mannam eſſerendo liquidam eſſe, tereniabin autem maſtichinam mannam, nec eius videtur ſententia recipienda, cum contradicat ſerapioni, Auic. & Meſue. Vti igitur manna non debemus in herrinis ad exiccandum, cum non exiccet, ſed potius aſpera leniat, ſecundum Rhaſim & Meſue, & diluat & abſter-

[Margin notes: An exiccet manna. — ca. 747. li. 2. — Arabũ mãna quæ. — Facultates.]

abstergat secundum Serap. effectus humiditatis, non conuenientes siccitati : lenit guttur, pectus, educit sputum & ventrem, aluum mouendo, sitim sedat educendo morbidam materiam, & calefactum ventriculum & pulmonem humectando, quia mouet humidum tenue, ob id conferre naturaliter calidis plurimi voluêre : quas operationes etiam apposuit Auic. tereniabin. Is vapor qui roridus est inter eas Cap.694. illicò diffunditur partes, secum alias hu- lib.2. miditates educendo : vaporem quid medium dicebat Anaximander inter aquam & aerem, propterea eo fruuntur membra & calefacta & infrigidata, præsertim pulmo, vt puriori omnium substantia, mel roris non magis emollit ventrem, nec humectat pectus, & si sit fluxibilius, quàm ipsa mãna. Supra positum est non omne fluidum humectare, Zaccharum quàm mel humectat magis, mel incidit & detergit, lenit manna, & si sit in manna portio maior exuccati humoris, tamen non ita crassarum est partium & viscidarum, quemadmodum mel roris, quod cum in regione hac non colligatur, natura sanè pastum apibus comparauit.

SVMMA CAPITIS XVI.

1 *Manna debet colligi in tamarisco, thymo*, vel *in similibus.*

2 *Non debet exhiberi nisi cum aqua tamarisci, aut cum eiusdem frondium decocto*, vel *thymi.*

3 *Non adhibeatur in herrenis ad exiccandum.*

4 *Confert pectori*, ventriculo, *& naturaliter calidis.*

CAPVT. XVII.

Qua nos vt plurimum vtimur manna, quid sit.

NOn ignorare decet, mannam quæ in nostram consuetudinem incidit, vt plurimùm non esse rorem de cœlo cadentem, sed vel concretũ ex senæ infusione, vel alijs & Zuccharo, vel gummam hinc indè collectam. Colligitur etiam Romã circùm in Sabinis & Latio, ex arboris cortice, quam incolæ nominant ornofrassino, nascitur montana hæc arbor maiori ex parte per hæc loca ex loco Saxeo, gummi copiam ampliorem dimittens per teretem caudicem & ramos, hãc eandẽ, quæ procera est vocat Colum. Syluestre frassinum. Exit in his arboribus à tenui cortice veluti lachryma, se supra corticem

Mãna quæ gũma est.

In lib. 16. de ar. c.

ticem per rigas diffundens, coagulatur à sole, vt reliquæ gummæ, nuper noua super illam accedens, coagulatur, externum calidum ducit per euaporationem cuiusuis misti calidum cum humido, euaporans calidum secũ educit humidum, educto humido magis constat adhuc siccum, & sic permanet vsquequo adueniente pluuia citissimè liquescat. Calabriæ tùm ex orno eam decerpunt, tùm ex frasino, & sicuti apud Arabes celebratur, quæ in Corasceni cadit prouincia, ita apud nos magni æstimatur ex frondibus manna, sic appellant eam quæ ex frasino est, alteram dicunt Calabres mannam ex corpore, quoniam hinc indè ab incisura orni corticis effluit viscosa humiditas à sole in gummam exusta: In frasini autem frondibus minutas colligunt lachrymas mane summo & vesperi ante occasum solis, vnde dicunt ipsi roré non esse si protinus non colligantur cum ligneo cultro, mox vi solis effluunt & euanescunt, immò hanc dicentes rorem Calabres subsannant: Quáuis Andreas Matthiolus hac in re eorum non sequatur opinionem, quinimò redarguat fratrum minorum dicta, in comment. eorum super Mesue, aientium, non esse rorem, sed ab ijsdem diffluere, quemadmo-

Manna ex frondibus.

Manna ex corpore.

Manna ex frondibus an ros sit.

dum ab alij s arboribus gummæ diffluunt: Galeni temporibus neminem, nec Galenum ipsum, hoc animaduertisse vereor, vitam Romæ quoque degentem, cum loquens de melle in li.3.de al. fac. eius materiam rori congenerem, frondium in quibus colligitur nec partem posuerit, nec illius arboris succum vel fructum. Vnum est, hanc ex frondibus facillimè liquari à sole, vespertino quoque tempore, quod dictæ mannæ ex corpore non contingit. Id fore ab vnoquoque agendum puto, in receptionibus Arabum inuenta manna, non adhibeatur quæ est ex corpore, talesque gummæ, quibus sæpe sæpius vtimur pro manna, licet falsò. Quarum facultates non hic sunt inquirendæ, cum nõ sint aqua. Aquarum earum facultates, quas tractare proposuimus, iam transactæ sunt, specierum omnium dico, in quas principiò partita est aqua quomodocumque cadens ab æthere. Vtinam alias potestates, quàm quæ eis sunt adscriptæ sortirentur, generi humano per quàm vtilissimum esset, ne in tantas corrueret passiones, ijsdem & plurimùm potienti solis, vel iunctis cum alijs, ex his enim quàm multis constant è terra scatentes aquæ. Inter has pluuiæ sanè nullæ (loquor de

Cõmunitates aquarum ab æthere.

de non apparatis) cibum ingeſtum præbent naturæ accommodatum, vt decet ad concoquendum, flatum nempè vel nimium ſuſcipit, vel æſtum, vel in partes diſsimiles magis diſtrahitur, vel putreſcit, vt indè non fiat ſanguis, vel eam deniq́ue tenuitatem ſuſcipit, vt nondùm depuratus à fece vndiq́ue diſtribuatur, potiſsimum ad lienem, cuius fecis, & aquarum hoc viſcus ſedes eſt. Præteriui affectiones aliquas, quibus laborant ab his aquis caput & pectus, plurimæ tamen non ſunt in ſuperioribus prætermiſſæ, quarum exemplo reliquæ intelligantur. Omnibus igitur huiuſmodi aquis non congelatis communis eſt & tenuitas, quoniàm ab elato vapore ortum habens, & acredo propter earum tenuitatem, tertio facilis putreſcentia: congelatis, quoniàm alicuius particulæ tenuitatis iacturam faciunt, denſitas & cruditas.

In quibus communicent aquæ plutæ.

SVMMA CAP. XVII.

1 *Manna & cadens eſt à cælo, & apud cortices orni, quæ non liquatur à ſole, ſed ab aqua, & in frondibus fraſsini, quæ facile liquatur à ſole.*

2 *Manna ex corpore & ex frondibus gumma eſt ex auctoritate fratrum minorum,*

quibus contradicit P. Andreas Matthiolus.

3 *Omnibus plutis aquis non congelatis communis est tenuitas, & facilis putrescentia.*

4 *Congelatis aquis communis est densitas, & cruditas.*

5 *Nulla aqua pluuia cibum naturæ præbet accommodatum.*

Dictorum in libro primo Epilogus in tabularum speciem congestus.

Numerus seu Tabula prima.

AQuarũ, quibus homo fruitur, facultates cõsiderentur, aut aquarũ vniuersim, sub numero 24. aut specierum, in quibus enarrandis primo ponatur cõsiderandi modus, deinde diuersitas aquarũ penes diuersas species, nu. 2. cõsiderãdi modũ secuti sumus, ex extrinsecùs accurrẽtibus, in hærentibus proprijs, vt in aquis fodinarũ, & speciebus aquarũ cõglaciatarũ crudæ sunt & densæ, & differentijs componentium, quæ sunt & causæ efficientes remotio ignis & aeris, seu frigiditas, & materiales considerandæ, aut simul vapores exhalationibus admisti, non conducibiles aquas præbent, seu exhalationes sint multæ, facientes vel tonitrua, vel procellas, seu paucæ tenues vt mannam gignant, seu crassæ vt mel roris: aut soli,

ſoli, non admixti alteri, quorum ſubſtantia multum craſſa craſsiſsimas dat aquas, tenuis valde & ſi tenuiſsimas det aquas, non propterea laudantur, non valde tenuis aquas prębet optimas. Eorũ quantitas ſi ſit multa, emanant aquæ humidiſſimæ, quales labroteræ ſunt: ſi fuerit pauca, quoniam probiùs coquitur, dat aquas meliores: inter extrema ſunt aquæ minus laudabiles ex extremorum participatione. Extrinſecùs occurrentia, aquas purgantia vel deprauantia, ſunt ignis, aer, terra, & compoſita corpora.

Diuerſæ aquarum ſpecies formantur ab aquis aut arte quapiam quid acquirentibus ſub Tab.14. aut nullo modo præparatis, vel è terra ſcatentibus, in Tab.5. vel cadentibus ab aere inueſtigandis, vel vt alicubi coaceruatis, in Tab.4. vel ſecundũ vnamquamque earum formam, ſub qua cadunt ab æthere nũbilo, in Tab.3. vel ſereno aut congelatæ, vt inde ſit pruina, rore magis ſalubris, tamẽ inſalubrior aqũa pluuiæ, imitatur niuis facultates: aut denſatæ in ſubſtantiá denſam in mel roris & mannam, confert pectori, ventriculo, & naturaliter calidis, educit humores tenues: aut non condenſatæ neque congelatę, ros eſt, corrumpit ſanguinem. Tab.2.

Tab.3. Nubilo ab aere cadentes aquæ aut non conglaciatæ effundũtur, aut decidunt cõglaciatæ plurimùm in grãdinem crudissimæ sunt, frigidissimæ, ponderosæ, neruoso generi pessimę & pulmoni, minus in niuem eiusdem ferè sunt qualitatis. Non cõglaciatarũ minutę sunt psecades, non minutæ aut vnà simul totæ collabuntur, labroteræ humidissimæ sunt, viscidæ, crassæ: aut aliter si sint cum tonitruo, æstuant potatæ; si cum procellis, malæ, nã sanguinem procellunt, & viscera, pręterea spirãte borea frigidę sunt & crudæ, austro, calidæ & salsæ: fauonio, calidæ, turbidæ & crassæ: apeliota humectantes nimium. Si deniq; sint absq; tonitruo & procellis, dictarum optimæ sint, verùm in his modos hos obseruare oportet, si coquuntur à sole & excolantur, optimæ sunt: coctę & nõ excolatę putrefiunt impurę: non coctę sed excolatę, crudæ: non coctæ nec excolatę, pessimæ.

Tab.4. Coaceruatæ alicubi ab æthere quę ceciderunt aquæ vel fluunt, vel detinẽtur coactæ aut artificio supra terram in piscinis, sub terra in cisternis in Tab.17. aut non arte, seu cũ aliis aquis in lacubus & stagnis, omnes vt aliæ stabiles praue sunt, causam afferentes acutorũ morborum; seu absq; aliis

aliis aquis in locis conuexis cum cœno in paludibus, crassissimæ sunt, malè olidę, & fœtidæ: absque cœno improbę sunt, quia vel exiccant cum æstu, vel crudissimę sunt & pituitosissimæ. Fluentes aut cum aliis aquis in fluminibus & riuis sunt confusæ, propterea earũ facultates non quęruntur: aut non aliis sunt admixtæ, torrentes generant, sunt terreæ naturæ, putridæ & æstuosæ.

Finis libri primi.

LIBER SECVNDVS

DE AQVIS EMANANTIBVS A TERRA.

CAPVT I.

Scatentes è terris aquæ, unde, & quæ sint.



SQVE huc eò deducta est oratio, vt aquæ ab æthere cadentis specierũ omnium facultates enumeratæ fuerint in medicinæ scientia. Aquarum nõ præparatarum hęc extitit species, deduximus enim aquas arte non apparatas in excretas ab aere, & in scatẽtes è terra, iã reliqua reliquis aptẽtur. Ne dũ scatentiũ è terra aquarũ, sed & alio-

rum facultates, dum inquirũtur in re medica, propter quid ipsorũ perſcrutari medicum oportet: ſi autem nõ ſcimus, priuſquàm id, de quo ipſum queritur propter quid, non reduxerimus in proximam primamq́ue cauſam, ergo cauſarum cognitio (vt rationales medici, naturæ ſpeculationem indagantes nôrunt) rei perfectam cognitionem abſoluit. Effectuum aquarũ ſcatentium è terra propter quid inueſtigabitur, vt etiam factum eſt circa pluuiales aquas, enumeratis antea earũ ſpeciebus, poſtquàm poſitum fuerit, ex quibus tales aquę conſtant, vt habeatur ſermo his peractis de præparationibus aquarum. Si eſſent emanantes aquæ à terra reliquię tantùm plutæ aquæ, hactenus aquarum omnium ſermo expletus eſſet. Nam per ſingulas ſpecies ſingulatim eædem ſunt omnium facultates: at non ſuppeditarent aquæ ſolùm plutæ, ſcaturiginibus perpetuò emanantibus, præſertim magnis, & ſi eſſent in terris vbi detinentur longa ſuſceptacula ampliora montibus, quid vetat ex aere in his locis aquam nõ fieri? omnium aquarum eſt idem efficiens, & eadem materia, ſicuti in aliorum ſingulis ſpeciebus naturalium eodem modo ſubiicitur eadẽ materia, & idem efficiens agit eodem modo, ve-

Ex quibus ſint.

do, veruntàmen non æqua in vtrisq; proportione seruata, vndè ipsorum elementorum, & eorum facultatum spectatur diuersitas, penes etiam ea, quæ fortuitò eis obuiam fiunt. Sint igitur scatentes aquæ, quæ in visceribus terræ genitæ, & aliter ibi morantes, vel profundò vel summo terræ scaturiunt: aliter ibi morantur in eodē loco non genitæ, aqua etiam, siue Oceani sit, vt Albertus voluit, siue imbrium ex vaporibus plutæ, vt Arist. explentur concauitates terræ.

SVMMA CAP. I.

1 *Tria proponuntur inuestiganda, ex quibus sint aquæ scatentes è terra, secundò earum species, tertiò earum facultates.*

2 *Scatentes aquæ sunt quæ & genitæ in visceribus terræ, & eò allapsæ, scaturiunt per summum, vel per imum terræ.*

3 *Scatentes aquas Arist. dixit & plutas & ibi genitas, Albertus autem Oceani.*

4 *Differunt aquæ omnes tum ratione proportionis causarum, tùm eorum, quæ eis extrinsecus occurrunt.*

5 *Rationalis medicus naturæ speculationem semper aggreditur.*

CAPVT II.

Aquarum species & differentiæ emergentium à terris.

PEr ima terrarũm siue scateant vel labantur aquę, si his vti velimus, aliquo egent artificio, nisi eis natura prospexerit aliqua alta spelunca, vel altero terræ chasmate, vnde flumina per terræ voragines alicubi deuorari videntur: quas artificio aliquo exilire profero, non intelligas arte pręparatas, effosio aquam nunc non præparet, sed per effosionem appareat, veluti etiam profũnda flumina inter effodiendum reperta. Scaturigines aliæ, per summum terrarum emanantes, habent aquas, vel in quantitate multa, protinus constitũentes flumina, vel non in multa quantitate, quas proprio vocabulo dicunt fontes, etsi communiori dicantur fontes de omnibus iam dictis aquis putealibus, fluuiorum & fontium. Vberrima emergente aqua, maiorem minoremúe aquarum quantitatem suscipiente, flumina fiunt & riui: inter quos cur torrentes non adnumerentur cùm fluant, eos dictum iam est non scaturire, sed eorum aquam pluuiam temporariam esse. Tres tan-

Fontes de quibus dicantur aquis.

cap. 11. li. 1.

tantum igitur ſint ſpecies ſcatentium in terris aquarum, de quarum effectibus habendus eſt ſermo, putealis aqua, fluuiorum, & fontium. Species fontium è terra ſcatentium.

SVMMA CAPIT. II.

1 *Scatent aquæ vel per ſummum, vel per imum terræ.*

2 *Per imum terræ ſcatentes vel egent effoßione: vel eis natura proſpexit.*

3 *Per ſummum terræ ſcatentes, vel habent aquas multas, gignentes ſtatim flumina, vel paucas, dicuntur fontes.*

4 *In tres ſpecies è terra exilentes aquæ redigũtur.*

CAPVT III.

Terrarum viſcera quid in aquas inferant exterum, & cur.

DE ſubterraneis aquis verba facientibus, id primò agatur, vt explicetur, profundum terræ quibus externis qualitatibus quomodo aquas inficiat. Quamque terram in qua reſident, & per quam manant, reſipiunt omnes fontes, quarumuis qualitatum ſit particeps: per terrarum verò denſitatem vel rarefactionem horrent vel calent, à terra calida

Cur æstate frigidi sint subterranei fontes, & hyeme calidi.

calent, horrent à frigida: æstate sunt frigidissimi subterranei fontes, tunc temporis terra existente frigida: in hyeme autem calidi, à terrarum caliditate: manens aqua in loco calido calescit, sic alget in frigido: terra frigescit & calescit non quia maneat in calido vel frigido, sed à se ipsa tali perpetuo ordine. Densiùs cumulata intùs calidiora fiunt, quàm quę rarius sunt composita: pariter quæ magis humectata, vt in fimo videre est, in quod iniecta aqua caliditatem suscitat: vuæ si componantur calescunt & vinaciæ: sic & frumẽtum & ordeum madefacta. at cõfusorum elementorum ratione, ita distinguantur effectus. Terra hyeme humidior densius accumulatur, humidior à pluuiis, mollita comprimitur in se ipsam, ac densatur, vt in argilla patet, compressa & sic densata terra, cùm humidum habeat, & à densitate prohibeatur transpiratio eius, quod siccitati opponitur, aerem non suscipit, nec dimittit: à se ipsa ergo calescit. Prospicimus hos eosdem elementorum effectus in corporibus mortuis, conniuentibus vasibus, totaque cute (densantur hæc & cõtrahuntur à frigido, quia deficit calidum) putrescunt externum calidum admittentia, quia humido & flatui calidum natu-

Terra à se ipsa vnde calescat & frigescat.

Cur putrefienda putrescant.

rale

rale non præbet iter, vaſa & poros aperiẽdo: hinc flatum vehementia quadam excludunt. Fit idem luce clarius in glaſti pręparatione, dum inquam herba hæc datur in puluerem, molita & exiccata, & iterum molita accumulatur, & aqua plurima humectata comprimitur, denſatur & caleſcit à ſe ipſa, vt rei huius artifices optimè nôrunt. Clauſis, ab illabenti pluuia, in terra quos creauit ſol poris, & rimis, ſubocclusa caleſcere neceſſe eſt, eoque magis ſi propter frigus terra rigeat. Exitus aquarum per denſata loca, quoniam olim factus erat, nunquàm deficit. Æſtate autem à calido rarefacta terra, & humiditate diſſoluta denſitatis & grauedinis cauſa exhalant occluſa, quæ erant in cauſa externę humiditatis & caliditatis, meatus flatibus dimittuntur, penetrantibus per omnia etiã ad aquas, quibus cum miſcentur, frigidos eſſe flatus par eſt, vt ſentimus eoſdem in ſpecu, & loco quolibet ſubterraneo, maximè rarefactos & elaboratos: ſi per terrã puram flatus meent, tenuitatem inſuper ac puritatem acquirunt, & quibus miſcentur, erunt aquæ illæ quoque tales, niſi corrumpantur ab aliqua, quæ caſu obtingere ſolet his aquis, differentiarum.

Glaſti pręparatio.

E

SVM-

SVMMA CAPIT. III.

1 *Aquæ in profundo terræ calescunt, & frigescūt à terra.*

2 *Terra calescit, & horret à se ipsa.*

3 *Humectata densius accumulata fiunt intus calidiora.*

4 *Hyeme sunt calidæ subterraneæ aquæ, æstate frigidæ.*

5 *AEstate exhalant in terris occlusa, hyeme verò non.*

6 *Aqua & à terra & ab aere puris, pura ac tenuis esse potest.*

CAPVT IIII.

In imo terræ calidæ aquæ vel frigidæ, cur non putridæ, naturæ hominis non aduersentur.

Cur elementū nō putrescat, etsi recipiat exteras qualitates.

MIsta corpora etsi putrescant, in quibus prohibetur aeris ingressus, nō propterea id etiam dicēdum in elementorum aliquo, cum per se sit quodlibet perfectum, mistorum esse est ex elementis, quorum continuo cōcursu destituta, statim corrumpuntur, corporum autem simplicium caliditas & aliæ qualitates non indigēt aliis: & aliarum participes si hæc corpora fiant, non putrescunt: humida

mida semper est pars terræ quæ effodi potest, hyeme qualibet à se ipsa calida, quia aer factus est frigidus, & ęstate qualibet frigida, quia calet aer, suscipit has quotannis qualitates nõ corrupta. Pariter aquæ si sic algeant vel tepescant, nõ fiunt insalubres, nisi dum tepescunt, euaporent, dẽsitatem vel putredinem non acquirunt, leuissimæ sunt sulphureæ cito secedentes, & aliæ similes calidæ scatẽtes: imò hoc eis est quædam veluti sublimatio circularis, nõ secernuntur, etiam si eleuentur tenuia, sed in idem denuò labuntur semper calidum existens. In terra sunt meatus illi habentes aquam, veluti in animaliũ corporibus venę sanguinem continentes ac seruantes, sicuti in his custoditur, & extra corrumpitur, interna externis humectiora dum perseuerant, ita & in illis pergit humidum aptum putredini foràs egressum, quod in puteis videre est per effossionem terræ, perpetuò inde insurgens aqua dum hauritur, putris non est, allabitur hinc inde, & sequitur per meatus eò iugis lapsus, si non hauriatur, iam vitiosa est. Per quod coniicere fas est, naturam semper in eodem sibi ipsi non deficere, etenim si semper non sit in eodem violentia huc & illuc impulsa, distractaque, perseuerare non potest:

Aquæ an corrũpantur à caliditate, nisi euaporẽt.

seruat semper in eodem, quod sibi à sui ortus principio asciuit.

SVMMA CAP. IIII.

1 *Aqua & terra alias à suis qualitates accipientes, non corrumpuntur.*

2 *Qualitates elementorum non indigent aliis qualitatibus, vt mistorum qualitates.*

3 *In visceribus terræ dum calent aquæ, quia non euaporant, non putrescunt.*

4 *Quia humidißima est pars terræ infima, sequitur ibi continuus fluxus aquarum.*

5 *Natura semper in eodem nunquàm deficit sibi ipsi.*

6 *Terræ meatus continent & seruant aquas.*

CAPVT V.

Profundum vbi scatent aquæ, quale esse debeat.

PAtentibus iam qualitatibus, quas aquæ adipiscuntur seu morentur, seu labantur per subterranea loca, & quibus mediis, & qua necessitate, ad puteorũ aquas accedamus. Putei subterranei sunt fontes, artificio aliquo opus habentes, arte tamẽ visum est, has aquas non esse præparatas, artificium erit effossio: hanc fore profundam alij volunt, cõtrarium alij putantes,

Cap.2. Non profunda vel

tantes, credunt aquam à ſole depurari, eòque meliorem, quò magis ſolem participat: horum ſententiam rationi aduerſari patet, ſolis effectus in aquas intuenti: melior etenim non eſt, quæ magis exponitur aeri, ſed quæ aeri puriori. Non profundi ſubterranei fontes caleſcunt ab aere calido in æſtate per partem à ſuperficie poſt partem, & eodem modo algent in hyeme, quarum aquarum vires inter lacuſtres ſtabileſque querito. Verùm maiorem minoremúe profunditatem ſcaturigines pręſe ferunt, non enim à ſcatebrarum apparitione longè profundius effodi poteſt: eſſet abſque dubio laudabilior lapſus in procliuiorem locum, ſi inde haurirentur iugiter aquæ: præterea quantitas aquæ maior vitiis magis obſiſteret cæteris paribus: hinc amplam effoſsionem laudo. Purior aer in loco amplo liber non coarctatus frigidus ingreditur, egreditur valdè madidus.

profunda effoſſio quid in aquas inferat.

SVMMA CAPIT. V.

1 *Putei aquæ ſunt aquæ fontium ſubterraneorum.*
2 *Ampli profundiq; putei præſtantiores ſunt coarctatis, & non profundis.*
3 *Non profundorum puteorum aquæ prauæ ſunt.*

CAPVT VI.

Puteorum instruendus apparatus.

QVò apparatiores erunt putei, meliores censentur puteorum aquæ, eòq; magis, si eorum fundo limũ adiiciatur, vel arena, nitidiorem reddunt aquam quàm sabulum vel lapilli, toto cœlo errant glaream in puteos demergentes, est adhuc sabulo crassior, quorum causæ locis infra ponentur propriis. Adhæc præcipuè animum adhibere decet, in errorẽ rapi perniciosum illos architectos, plurimos altosq; fornices fabricantes lõgo spatio à fundo putei, ita vt locus continens aquã nõ vndiq; muro muniatur, pro aquarum vberiori affluxu, aqua moram trahẽs in terram resipit. Parietes vndiquaq; ducendos affirmo, nõ ex lapidibus constructos, ne magis incoctiles reddãtur aquæ, sed ex lateribus benè decoctis, & ex calce arenę permista, nõ nigræ puteolanæ terrę: hi parietes multis frequentibusq; foraminibus perforati, dum aquã tangunt, vt inde defluat in puteũ, propugnaculi qualitatibus aduẽtitiis, aquã cœni expertẽ quasi immunẽ reddunt à qualibet sorditie terræ & qualitate. Super quos qui struuntur vndiq; cõtinui exculti & expoliti dẽtur circa pu-

Cap. 23.

Cur fornices dãnentur in puteis.

puteũ, vt aerẽ dimittãt non retinentes eũ.

SVMMA CAP. VI.

1 Apparatus puteorum laudabilior, meliores dat aquas.
2 Laudabilis erit, si in fundo putei iniiciatur limũ, arena.
3 Et parietes ducantur vndiq; per puteum, constantes ex lateribus benè decoctis.

CAPVT VII.

Differentiæ aquarum puteorum.

SCatebram in profundam vel nõ profundam diuidendo rationes, cur aquæ profundæ conferant magis in victu salubri, quàm nõ profundæ iam sunt expositæ: cui differentię nunc adiungãtur modi, per quos aquæ profundæ vel non profundæ in eodẽ victu fiãt maiori minoriúe iuuamẽto. Ab iisdẽ scatebris vel iugiter hauriuntur aquæ, vel sæpè: quod si non hauriantur, nec sint profundi putei, pessimas fore oportet, etiam si contineantur à purissima terra: valdè crassescunt, afflatu priuatæ, & eo qui per terræ poros est in eas, ac ab eis recurrẽs in terram, & eo qui per superficiem aquarum est ab aere ipsis coniuncto: afflatu priuatur coarctata, & densa existente propter obstructionẽ terræ meatuum, non diffluente aqua, ob- (Essentia aquę puteoũ non profundorũ à quibus nõ hauriãtur aquæ.)

ducitur veluti cœnum, & in eius superficie aerem attingente veluti tunicula: hinc odorem referunt fœtidum, terreum, saporemque prauum. Omnium denique hæ putealium aquarū sint naturæ humanę in saluberrimæ. Quod si hauriantur, mouetur aer per puteum in decursu & retractu mergorum, quod vas aquam extrahens Græci dicunt Hydriam, mouetur spiritus per aquam ab aere & terra, & ab aqua in terram & aerē, quæ iam effluxit è foraminibus terræ detracta, denuò noua resurgens in eis non longo tempore moratur. Sic per iugem defluxum ac afflatum eam acquirit perfectionem, qualem eis fontalibus aquis tribuit Hippoc. quas omnibus meliores iudicauit.

Essentia aquarū puteorum, à qbus hauriuntur aquæ.

In lib. de aer. aq. & loc.

SVMMA CAP. VII.

1 *Putei profundi, & à quibus continuò hauritur aqua, probiores aquas reddunt.*

2 *Halitu aquæ priuatæ crassescunt, & qualitatum participes fiunt.*

3 *Puteales aquæ sunt, quales aquæ fontium.*

4 *Halitus per aquas à duplici loco est, ab aere, & à terræ poris.*

CAPVT VIII.

Puteorum aquarum facultates.

Mihi

MIhi & Ætius reprehendendus videtur, dùm putei aquas terreas dixit, egestioni difficiles, & ægrè digestibiles, si ratione frigiditatis, non erit ex eorum natura, cùm etiam ibidem calescāt: & Auic. quando asserit in putealibus aquis non esse posse, quin sit aliqua putredo, rationem affert, sunt pręsse in arcto loco, terris permistæ longo tempore, commotæ virtute cogente: hæc tria vitia nanciscuntur in puteis aquæ secundùm Auic. fontes omnes à visceribus terræ antequàm exiliant, per ea lambendo semper ad procliue, in arcto loco morantur, nec ob eam ipsam causam prauas esse patuit: à Scaturigine si terræ longo tempore confundantur, ac præssæ sint, præssas non difflatas intelligo ab aere, Auicennæ dictum non repugnabit Hipp. at per quæ subdit, commotæ virtute cogente, eas indicauit quæ continuò extrahuntur, & in hoc sanè decipi non nullis princeps videtur, omnis præparatio id quod præparatur disponens ad perfectius, maioris perfectionis est causa, quid tùm si præparandum in præparatione cogatur? Mustum dum præparatur in vinum, decoctio per ignem est vino quid coactū, tamen per separationem in decoctione partium ipsius redditur minus corrupte-

c. 165. ser. 3.

Cap. 16. doc. 2. fen. 2. lib. 1.

An aquæ in loco arcto pressæ, praue sint.

An cogens præparandū, disponat id ad perfectius.

læ obnoxium: per vim aer aquæ non miſcetur, ſed à natura hoc ambobus inſitum eſt, etiam ſi impellantur ad mixtionẽ non coguntur cum ſimbolum habeant. Nec hac culpa caret Rhaſis modicè tenues eas ponendo, nec cibum humectare, & ipſas non diſſolui: maximi omnium Medicorũ Hip. ſententiæ cum contradicat, ſuamque hanc opinionem nullo ſigno veriorem oſtendat, dicamus ex Hip. puteorum aquas cum ſupradictis conditionibus comparari pręſtabilioribus fõtibus, poteſtates quorum querito in fontibus apud ortum ſolis. Præterea quia æſtate frigidiſsimæ conducunt magis ventri & ſtomacho æſtuoſis. Frigiditatem eis à natura non ineſſe, quemadmodum ineſt à niue vel glacie liquatis aquis nemo non aſſeuerabit: facillimè illæ illam deponunt, hæ & ſi vapores fiãt, tamen illa frigiditate non vacant.

tr. pr. li. 37. cont.

Facultates.

Infra ca. 15.

SVMMA CAP. VIII.

1 *Secundùm Aetium aquæ puteorum terreæ ſunt, incoctiles, aluum ſiſtentes.*

2 Ex *Auicenna ſunt putridæ.*

3 Ex R*haſi ſunt craſſæ.*

4 *Hippocrates probas iudicauit, & omnibus præſtabiliores.*

5 *Omnis præparatio præparat ad perfectius.*

6 *Conducunt ventriculo & corpori æſtuoſis.*

CAPVT

CAPVT. IX.

Fluminum aquarum natura.

ORtus fluminum cum conſpiciatur vt plurimùm ſub radicibus montium, indeque multarum perpetuus ſequatur fluxus, detineri, ac generari has aquas oportet, in eorumdē plurimis magniſque ſinubus. Elementis omnibus cōmunis eſt materia eadem: generatur aqua vt dictum eſt ex aere à frigiditate coacto, vtrorum eſt hūmiditas: In partem eā quam occupabat aer iam factus aqua, illicò ſuccedit aer, per terræ poros, qualitates quarum ſunt participes inficientes aerem, & qui aquæ generandæ ſit materia, & qui confunditur generatis aquis, recipientibus à terra & aere poteſtates, quas miramur in aliquibus aquis: omniūm vndique conſenſus eſt: facta iam aqua ſibi ipſi exitum parat. Ex quibus in exitu valdè humidā cæteris paribus hanc aquā cenſeas. Terrarum viſceribus nos latentibus, nō eſt quid aliud circa aquæ huius naturā per cōponentia differendum: atqūi vnde ſcateat animaduertendum, per quos labatur locos, vel denique quibus miſceatur aquis, & alijs: hæc in cauſa ſunt vt aquarum aliæ

Cur flumina circa mōtes ortū ducant.

Cap.5.li.1.

Tēperies.

Differētiæ aquarum fluminum ſumuntur ab exteris.

liæ aliarum viribus præcellant, quæ ſuis locis accipies. Flumina per aquarum in exitu multitudinem differunt à dicendis fontibus, à putealibus aquis, quia feruntur flumina per ſublime terrarum: torrentes non ſunt perennes. Flumina ſint igitur perennes fontes, per ſummum terræ manantes, multarum pluriumque aquarum. Per quam multitudinem & pluralitatem inter ſemetipſos, & reliquis fontibus comparatos fluuios magnos vel paruos nomine proprio ſignare non erit abſurdum.

Flumina quid ſint.

SVMMA CAP. IX.

1 *E ſinibus montium veniunt aquæ fluminum.*

2 *Propter quod valde ſunt humidæ.*

3 *Duplex eſt aer in aquis, qui fit aqua, & qui miſcetur aquis.*

4 *Flumina ſunt perennes fontes multarum pluriumq; aquarum, per ſummum terræ manantium.*

CAPVT X.

Inter prauas fluminum aquas quæ ſint præſtantiores.

LOca non durorum lapidum, verſus orientem ſolem, per quæ exeunt vel labuntur flumina, nec fœtida, ſed pura o-

ra optimæ & lautæ terræ, aquarum naturam, & facultates, hominibus moliuntur magis conducibiles. Fluuijs in fluxu misceri solent limum vel arena, limum dico cænum illud album nō fœtidum, quod super sabulum, vt plurimùm reperitur in fluuiorum alueis ab eorum decrescentia, limum quibus confunditur, aquæ maiori sunt vtilitati, limum ipsas mūdat & colat, duras reddit eas arena, at eorum speciatim effectus posteriùs dicentur: Interim fluminibus & riuis communis sit receptus cœni, terræ, pulueris, & putridornm, siue cōtinuò decerptorū propter fluxum ab eorum ripis & alueo, siue eò allatorum ab aquis seu pluuiis, seu fontium, quorum receptus etiam ambobus communis est, at ijs cum magis expleantur flumina, deteriora ad hominem habeantur, paruorū fluuiorum respectu. Inter has longè diuersas aquarum pluralitates, & si valentior superet alias, tamen in hac permistione suas easdemque qualitates retinent permistas & dissimiles, quod si etiam contingat materiæ aquæ pluuę, differunt tamen tùm ratione coctionis à sole, tùm eorū quæ semper eis obtingere solent aer, ignis, terra, & extera alia. Omnes contra Rhasim improbæ sunt fluuiorum aquæ; excipitur à multis

Cur prauę sint fluminū aquæ.

Vide etiā Auc. 5. col. cap. 38.

tis aqua Nili, non tantum Nili fluminis, ſed ſtagnorum quoque Nili: has Aet. inter alias aſtruit omnibus virtutibus ornatas, iucundas potui, ſitim extinguere, vtiles ad concoctionem & diſtributionem, non diu morari in hypocondrijs, denique robuſtũ & bene coloratum ſe bibentem reddere. Cum ſeparetur in fluminibus à craſſo tenuius, dùm liqueſcit à ſole, nõ erit aqua fluuiorum optima quemadmodum tradidit Rhaſis, imò propter hæc eadem damnanda per Hipp. non enim à ſole aſpici debet aqua, vt liquata ex ſe ipſa optima fiat, ſol ſemper tenuius ſeparãdo ſurſum trahit, liqueſcit illicò ſoli expoſita, id videmus in niue & gelu, ſed ratione aeris aquæ plurimi miſcendi, per quem varias diſpoſitiones acquirit: propterea noctu à denſato humido, & frigefacto aere nanciſcitur aqua turbulentiam & frigiditatem, quæ quis experiri poterit fluminum aquam extrahendo matutino tempore, valdè hæc humectat impura: per horam autem poſt ortum ſolis, ab aeris elaborata depuratione, turbulentiam deponit & humiditatem. Dictis ex cauſis à ſcatebra ſtatim, & longè elongata à ſuimet fluminis ortu, non adeò bona cenſeatur, tum quia inquam à ſole percuſſa denſior concreſcit,

Solis effectus in aquas.

Aeris effectus in aquas.

Quando fluuiorum aqua deterior nõ fit.

hoc

hoc aduersatur multorum dictis, tùm etiam plurium fontium mistionem assecuta, varias recipit qualitates: quòd si quoq; huiusmodi aquis iungatur tardus earum fluxus, qualis dicitur Phasidis in Schythia omnium fluminum stagnantissimi, adhuc deterior est aqua fluuiorum, aquis veloci cursu prolabentibus. In scatebra si quis aquam potare audeat, rigores in eundem, febres, tussim concitabit, & ventriculum cum intestinis doloribus infestabit, nisi multa flaua bile redundent. Quod hic de fluuiorum dictum est aquis, à quarum substantia non multum distant riuorum aquæ, de his etiam intelligatur.

In scatebra si potētur aquæ quid præter naturam cōcitent.

SVMMA CAPITIS X.

1 *Fluuiorum & riuorum aquæ omnes improbæ sunt, exceptis* Nili *aquis.*

2 *Aquæ fluminum, quia plures aquas recipiunt, deteriores sunt aquis riuorum.*

3 *In flumine diuersæ aquæ diuersas habent facultates.*

4 *Sol densat, & etiam purgat aquas, quia aerem purgat.*

5 *E fluminibus non hauriantur aquæ, nisi per horam ab ortu solis.*

6 *Aqua fluminibus non hauriatur statim à scatebra, nec valdè longè ab ea.*

7 Fluxus

7 *Fluxus aquarum flumini tardus improbas efficit aquas.*

CAPVT. XI.

Afflictiones quas gignant fluuiorum aquæ.

CAlculos ex fluminum aquæ potu in vesica gigni, renum affectiones, vrinæ stillicidia, ischiadem, & hernias decreuit Hip. si diuersas aquas sibi asciscát ab eorum ortu longinquo. Modus horum morborum omnium generationis nō ponitur, sed tantùm calculi: verùm reliquorum exemplum ex huius ad illa similitudine capiatur. Cum ab his aquis sistatur aluus, eam æstuosam non reddi est impossibile, qua feruente & vesica, & omnia circumadiacentia æstuent, vt vesicæ stomachus etiam inflammetur vrinam aduredo, qua adusta magis incenditur vesica, made fit equidem ab vrina: ardentibus vesica & vrina, in eadem separantur crassæ partes à tenuibus, quò fit vt crassescant magis crassiores, veluti in quoque feruido, ad ortum lapidis. In lib. de die. Iud. coxendicum morbum fieri vult Hipp. ex resiccatione manētis humoris in articulo, quem græci dicunt ἰσχίον, resiccatur cum coxendices fuerint calefactæ, calefiunt etiam ab aluo;

In lib. de aer. aqu. & loc.

Calculi in vesica modus generationis.

Ischiadis causa.

aluo : hinc per iniecta solùm enemata morbum hunc curari dicunt aliqui. In propulsione stranguriæ, quæ est vrinæ stillicidium in lib. de affect. consulit Hipp. intrinsecus humectationem & emollitionem alui, ex quibus intentionibus morbi causa depromitur à supradictis non differens, expultricem stimulat vrina acris & calida, talis est à sanguine nimium calescente, vel etiam ab aluo calida Renes, vt Hipp. in lib. de oss. nat. partes habentes cauas ad venas magnas, percolant quod trahunt à venis & intestinis, existens in his iam incaluit, nec mirum si quoque sequantur affectiones renum, & humore repleantur tunicæ, vel membranæ circa venas, & arterias calefactas in scroto in hydrocelem, seu dicas aquosum ramicem & herniam. Hos ergo morbos & adsimiles generant fluuiorum aquæ, quia sistunt aluum, ex eo quia impuræ & omnigenæ aquas quascumq; recipientes, constant ex pluribus, salsis, aluminosis, alijsque huiusmodi diuersis speciebus, quas non eleuat calor in vaporem, vt in aquis pluuijs. Ab his aquæ speciebus in fluminibus aluum adstringi vult Hip. & æstum gigni : ex quibus affectibus aliæ affectiones deduci possent ex diuersitate singulorum temperatu-

Stranguriæ curatio & generatio.

Nephriticæ passiones cur fiãt ab his aquis.

Causa morborũ cur fiant.

ræ, & quoniam omnigenæ, plurimas facultates præ se ferunt, omnimodo naturam afficiũt. Plurimùm omnes aquæ possunt in neruosum genus, spiritualia, & cor.

SVMMA CAP. XI.

1 *Fluuiorum aquæ generant calculos, Nephriticas paßiones, vrinæ stillicidia, Ischiades, & Hernias.*

2 *Aestuosis vesica & vrina, calculi fiunt in vesica.*

3 *Ischias fit à resiccato humore in Ischiade articulo.*

4 *Fiunt ab aquis fluminum morbi, quia sistunt aluum, & omnigenæ sunt.*

5 *Differunt aquæ plutæ, & fluuiorum, & si omnigenæ vtræque sint, nam illæ elatæ sunt in vaporem.*

CAPVT XII.

Fontium species, & quorum aliæ alijs præstent facultates.

AQuæ quæ propriè dicuntur fontes erumpentes in summo terrę in pauca quantitate vel statim fluunt, vel à scatebra effluit continuò quid redundãs ex his in aliquo loco contentis, vel etiam non effluit, vt ille lacus in Plinio: loci huius aut erit amplus ambitus, multam aquã conti- Cap.10.li.1

continens, aut paruus paucam aquam retinens, in quo noua effluens nuper effluxam, & si non totam, semper foràs deijcit, sic fontium frigiditas & humiditas castigatur ab aere, in tres differentias distinctorum. Si fluant iam iam scatæ, nullo modo retentæ à nunc dictis non multum different contentis in paruo ambitu: deteriores his erunt aquæ multæ contentæ in amplo loco, densæ enim factæ febrientibus obsunt epotæ, & quibus bilis flaua supernè vel infernè redundat, feruent præsertim in hepate, quem sicut alias partes cùm extergant, vnà cum bile morbos quoscunq; pariunt, etiam regios, stipant, insuaues valdè sunt, in hypocondrijs graues, & si aliquam participent adstrictionem, tamen ventriculo non conducunt, sicuti quæquæ aliæ non currentes aquæ. Ex rationibus attamen suprà relatis non in omnibus hæ sunt conferendæ cum stabilibus plutam aquam recipientibus, quibus præstantiores habeantur cum iugem scatebram habeant.

Fontiũ ab ambitu qui meliores.

SVMMA CAPITIS XI.

1 *Aquæ fontium statim à scatebra vel fluunt, vel detinentur multæ in amplo loco, vel paucæ in pauco ambitu.*

2 *Aqua multa in amplo ambitu praua est, insuauis, grauis, bilem commouet.*

3 *Meliores sunt & in pauco loco contentæ dum scaturiunt & à scatebra fluentes statim.*

4 *Scatebræ non fluentes aquas peiores fluentibus putabo.*

CAPVT XIII.

A quibus indicentur aquarum fontium facultates.

Differētiæ aquarum fontium vnde.

FOntes omnes diuersos inter se sortiuntur effectus, plurimum distantes non solùm penes efficientis & materiæ, vt dictum est, in singulis temperationem, sed etiam penes dicenda, per quæ fontium inter se præstantiæ distinguentur: aliam enim constitutionem retinent vapores & frigiditas in loco calido, aliam in regione frigida, aliam in argilloso loco, aliam in munda terra. Propterea inter huiusmodi aquarum facultates, quæ præcellant, si certam cognitionem voluntas nostra ferat adipisci, & quæ inferant, considerentur aquæ laudabiles vel abijciendæ siuè multæ siue paucæ, vel penes loci situm, vbi ortum habent, & per quem defluunt, vel penes eiusdem loci naturam:

Nec

Nec tantùm ab his indicabuntur aquarum vitia & bonitates, sed etiam à nascentibus in eis plantis, & in eisdem viuentibus ranis piscibus & alijs animalibus. Ad hæc & si necessariò sequantur vitia & bonitates aquarum, non tamen de earum ratione sunt veluti situs, & natura loci, quæ ambo iunguntur semper inhærentia aquarum substantiæ. Propterea ab orsis hinc initium capientes, reliquas differentias breuiter per capita attrectabimus.

Situs & natura loci inhærent substantiæ aquarum.

SVMMA CAP. XIII.

1 *Indicantur facultates fontium pens moderationem materiæ & efficientis, penes loci situm & naturam, deniq; à nascentibus in ipsis plantis, & in ijsdem viuentibus animalibus.*

2 *Horum signorum situs & natura loci sunt ex aquarum substantia, reliqua duo concomitantur aquarum vitia & bonitates.*

3 *Indicantium aquarum naturam alia eam necessario comitantur, alia non.*

CAPVT XIIII.

Aquarum constitutiones ex locorum situ.

Situs dicitur & de positu & de aspectu.

LOcorum situs, siue positus, vbi nascuntur fontes, seu per quem defluunt, spectatur vel à plagis, & climatibus, sub quibus est, veluti sub duobus parallelis circa arietem in oriente, libram in occidente, cancrum in septentrione, & capricornũ in meridie: vel à loci illius in quo fons nascitur aspectu, aspectum dico vt si orientem solem respiciat, in quauis plaga sit, & protegatur ab occidente per mõtes & colles, pariter si occidentem solem suscipiat, & operiatur Sol oriens per aliquod interpositum: per aspectum solis hic modus erit distinguendus, alter per locorum positum: & si vterque modus coincidere videatur ad solem relatus, plurimùm tamen inter se distant, in eodem enim locorum positu aquarum varij defluxus, varios inquam quia varijs modis solem attingunt, varias qualitates facultatesque sortiuntur.

Plagæ quot & quæ.

Plagæ in hoc proposito tali distinguantur ordine, sub piscibus, ariete, ac tauro hoc est ab ortu hyemali ad æstiuum ortum insurgentes aquæ, fontes habent suos ad orientem: à tauro autem vsque ad virginem, hoc est sub geminis cancro & leone, septentrionem versus: à virgine quidem ad scorpionem hoc est ab occidente æstiuo ad occidens hyemale, versus

versus occidentem : Denique à Scorpione Piscium tenus sub sagittario capricorno & aquario, ad meridiem. Locatæ per hos locos aquæ, situm in ijsdem locis habere dicuntur. Cum multum inter se plagæ differant, multum aquæ quoque. Septentrionales crudæ ac frigidæ sunt : Meridionales subsalsæ æstuosæ, in hyeme frigidæ : occidentales turbidæ impuræ & crassæ : orientales omnes optimæ sunt quæ scilicet sub piscibus, ariete, & tauro diffluunt, vel ortum ducunt : secundum locum tenent quæ sub geminis, cancro, & leone : Tertium quæ sub libra virgine & scorpione : omnium pessimæ quæ sub sagittario capricorno & piscibus. Sol est horum causa, aeris, terræ, & aquarum tales constitutiones disponendo, quas constitutiones præ alijs participant ducentes principium sub ariete, cancro, libra, & capricorno, in reliquis positibus hoc potissimum notare licet, septentrionalium fontium iudicari meliores, qui ad orientem pertingunt, idest sub geminis sunt, quàm qui sub leone, & deteriores orientalium fontium aquę censeantur austro appropinquantes, quã quæ boreę, sic de reliquis: nisi septentrionales solẽ auersum habeant, omnes ibi sitæ meliores erũt

Substãtia.

Ordo aquarũ qualitatum per plagas.

Vnde differant aquarum propter positum substantiæ.

Ordo in eadẽ plaga, præstãtiæ aquarum.

fontibus occidentalibus, quod si sol nulla diei hora eos respexerit, vel non vt decet in illa plaga, contrarium continget, ita fore intelligendum Hip. arbitrarer in lib. de ae. aq. & loc. alias sibi ipsi manifestò contradiceret pessimos fontes ibidem ad austrum ponendo, & inter æstiuum ortum & occasum emanantes, iste locus arctos est & borea, quod quàmuis à sentētia Pauli & Aetij non aberret, mihi tamen hic idē locus Hipp. traductoris potius vel typographi culpa incorrectus, ita legendus videtur, pessimæ verò quæ ad austrum, & quæ inter ortum & occasum hyemalē, nō autem inter æstiuum ortum & occasum, nam hic nascentes aquæ ibidem in secundum ordinē sunt redactæ: præterea textū hunc sic esse legendum fit luce clarius per eiusmet verba dum subdit, & hæ quidem, intelligens occidentales, ad australes partes valdè prauę sunt, ad boreales meliores, nō nisi orientalis plaga, & occidēs has duas partes attingunt, si occidentales deteriores fiāt apud austrū, & lectiores versus boreā, australibus præstabūt absq; dubio boreales aquæ, quæ sunt inter æstiuū ortū & occasum australes esse nō possunt, quomodo igitur inter pessimas aquas secundū locū obtinebūt boreales aquæ? Inter hyemalem

Textus Hipp. incorrectus.

An aquæ in septentrione probiores sint aquis in occidente.

malem ortum & occasũm apud austrum sunt fontes, qui sunt sub sagittario & aquario: inferat sic ergo Hippocr. non solũ quæ ad austrum pessimæ sunt, sed omnes quę sunt sub ortu occasuque hyemalibus, in quibus situbus orientales ad austrum peiores sint, reliquis per reliquas orientis plagas, pariter occidentales ad austrum pessimæ inter alias occidentis plagas arbitrentur, sic igitur non solùm quæ situm habent ad austrum, negligantur ad hominem, sed etiam occidentalium aquarum, quæ situm habent ad austrum, peiores sunt (contra Aetium & Paul.) quàm quæ ad boream. Sic omnium inter se harum aquarum ex situ comparationes absoluantur, earum autem aspectus quales inducat aquas, infrà declarabitur. Interea dictæ Cap 19.
nunc aquæ per dictas plagas, in quibus emolumentum ac fructum hominibus afferant, quæq; optimæ sint vel prauæ, hinc sumito, prius earum naturæ constitutionisque posita interpretatione.

SVMMA CAP. XIIII.

1 *Situs locorum spectetur vel secundùm plagas, vel solis aspectum.*

2 *Plagæ cum sint quatuor, insurgentes aquæ vel labentes in oriente, omnium sunt meliores.*

3 *Quæ in Septentrione magis probæ & occidentalibus & meridionalibus, non ita tamen optimæ vt orientales. Tertium locum habent occidẽtales fontes, omnium peßimæ sunt, qui emanant in meridie.*

4 *Fontium in oriente meliores aquas habent, qui Septentrionem attingunt, quàm qui meridiẽ.*

5 *Meridionalium peiores occidens attingentes, quàm qui oriens.*

6 *Occidentalium præstantiores qui boream spectant, quàm qui austrum.*

7 *Septentrionalium deteriores sunt fontes apud occidens, attingentes oriens.*

8 *Fontes solem auersum habentes, probas aquas non continent, nec iisdem & dicendis imbutas conditionibus.*

CAPVT XV.

In oriente ortarum aquarum natura & facultates.

Simplici⁹ naturę cõueniẽtius.

INgestũm pro cibo & potu quò simplicius est, eò alimentorum probitati conducit, magis, seu illo nos vescamur, seu non nutriens conferat nutritioni, quoniã natura, nõ inquam gustus, simplicioribus gaudet, naturam nunc dico naturaliũ omnium vnitatem, quæ non solùm grauatur à pluribus, sed etiam cum in omnibus eandem vnitatem habentibus eadem vni-

tas

tas purissima, & tenuissima sit inter habẽtia naturam, à non sibi simili, ab eo inquã quod est, plura facile distrahi ac dissolui potest: peculiare hoc est omnibus, & inest secundum naturam naturalibus. Tenuissima ac purissima aquarum emergit inter æstiuum & hyemalem solis exortum, purissima quia minus offenditur à frigido vel aere calido, terraue impura, vt in aquam ducant quod ei est extrinsecus, tenuissima quia nec à nimio resoluitur æstu vt crassescat, nec densatur à frigido, & crassa terra: si sanè in aliquod incidat vitium, sol illud iugiter emendat. Per hanc igitur aquam dulcissimo haustu exiccata madescunt, calefacta refrigerantur, crassa profluunt, suaui amplexu continetur, quàm mox tracta à totius corporis locis, denique mollis cum sit, in vnamquamque partem, qua magis naturæ opus est, facile moueri potest. Hinc homines potantes eam, incolumem vitam ducunt, coloris floridi, iucundi aspectus, corporis habitus laudabilis, eorumque figurarum & formarum est pulchra species, omnium denique aquarum ad naturam hominis perquàm aptissima est aqua sub ariete ortum trahens, secundo loco quæ sub tauro, his infima est

Substãtia.

Faculta

In homines.

Ordo perfectionis aquarum per hanc plagam.

In mulieres. quæ ſub piſcibus. Mulieres per has aquas vt viri fœcundæ redduntur, & quod vitæ iucunditatem pollicetur eis, ex his facilẽ aſſequuntur partum, & partui ſalubrem vitam. Nihil omninò mali afferre valet aquarum talium temperatus vſus: conducunt ſenſibus, ſplendidæ ſunt, amabiles & odoratæ.

SVMMA CAP. XV.

1 *Natura hominis eſt* vnitas *naturalium.*

2 *Natura ſimplicioribus gaudet, quia diſſoluitur à contrariis, & grauatur à pluribus.*

3 *Aqua inſurgens inter æſtiuum & hyemalem ſolis exortum, quia puriſſima & tenuiſſima, ſimplex eſt.*

4 *Omnium fontium, ſi fontes optimi ſunt.*

5 *Splendidæ ſunt aquæ horum fontium, amabiles, & odoratæ, facile mobiles in* vnamquamq; *partem.*

CAPVT XVI.

In Septentrione ſitarum quæ ſint aquarum actiones.

Tẽperies. SVb cancro, leone, & gemini Septentrionales fontes cum in frigida regione ponantur, frigidam habent aquam: frigida difficilia ſunt concoctu, tardè

dè diſſoluuntur & caleſcunt, propterea nõ ſunt velocis tranſitus : accedit ad hæc eorundem fontium ex petris vtplurimùm emanatio, cõcoctionem difficiliorem reddens. Sed cum hæc à frigido tantum habeant, cui non iungitur craſsities, & ſtomachus, omniaque in hypocondriis contenta inflentur & grauentur ab his aquis, propter frigiditatem tantum, non autem ab alio externo perturbante aquas, liquationi ſi fiant commodæ propter calidum, quod in ea regione vſuvenit, quoniam eas bibentiũm, calidiſsimi ſunt ventres, ferè ſemper dulceſcunt, non admodum aquæ malæ ſignum, & earum pondus in leuitatem redigitur : propterea ſunt ad obeundas actiones idonei potantes eas, vitę longioris quàm alij, potantes aliarum regionum aquas : eaſdemq; regiones incolentes dẽſarum ſiccarũm carnium, crudæ tamen duræq; alui, tardè pubeſcunt, pectore bilioſi, ſani tamen capite, ac ſolidæ cerebri temperaturæ, propter quod comeſſatores conuiuiorum crapulas exhalant, abſque incommodo, infirma qui habent capita, crapulam ſuſtinere nequeunt. Veruntamẽ per frigiditatem in his aquis tales morbi fieri poſsũt acuti, pleuritis, phrenitis, peripneumonia, febris ardens, con-

Subſtãtia.

Facultates

Qui magis comedãt, & cur.

clusis à frigiditate tenuibus humoribus, iidem facilè calescunt, & à prohibita transpiratione rapiuntur in corruptelam: fiunt etiam suppurationes, lippitudines siccæ, tusses plurimæ, vrinæ difficultates: pueris aquosæ ramices, quas ætas ipsa sanat processu tẽporis: mulieribus sterilitates, difficiles partus, lactis indigentia, tabes à partu, quia non probè purgantur non fluentibus humoribus, coalescentibus à frigore, vteri dolores generantur, & nerui omnes potissimùm ab his aquis afficiuntur, non tãtùm mulierum, sed virorum etiam & puerorum.

In mulieres.

SVMMA CAP. XVI.

1 *Septentrionales aquæ non facile liquantur, quia frigidæ.*
2 *Non sunt velocis transitus.*
3 *Aptæ sunt generationi acutorum morborum, quia ab his tenues humores densantur in venis.*
4 *Per has tusses fiunt, & vrinæ difficultates.*
5 *Neruorum & eorum partium affectiones.*
6 *Moderationem tamen facile suscipiunt.*
7 *Imbecilles capite, crapulas nequeunt sustinere.*

CAPVT XVII.

Aquæ spectantes occiduum solem, vel ibi genitæ quid efficiant.

Fon-

FOntes occidui, hoc eſt, a virginis parallelis ſcorpione tenùs inſurgentes, etiam ſi ſplendidi inſurgant, quod rarò euenit, offunduntur tamen caligine, atque craſsitudine, mane frigidis exiſtentibus, & in æſtate refertis rore, veſperi autẽ perquàm calidis, præſertim ſi eos ab oriẽte ſole protegunt montes, vel quid aliud, non admodum eorum aquæ ſunt tenues & lucidæ, talis aer in illa regione cum ſit humidus inquam valde, calidus non multùm, ſed craſſus, permiſcetur aquæ: aeris enim & aquæ talis eſt conſpiratio & conuenientia, vt aqua aere vacua non detur, cuius animata natantia præbent ſignum, aliàs non participarent ſpiritum, cum per aquam & ex aqua ſpiritum attrahunt. In aere igitur regionis illius permanens aqua, neceſſariò perturbatur humida & craſſa, vnde raucedo & grauitas vocis innaſcitur, affectiones tonſillarum, & partium adiacentium, erraticæ febres, & quartanæ, inſaniæ, inteſtinorum & leuitates, quas lienterias Græci dicunt, & difficultates, ſplenetici morbi, hydropes, tabes, aſthmata, ſtillicidia vrinæ, denique morbos omnes parere huius plagæ fontes apti ſunt, eos maximè ad quos quis procliuem habet temperiem,

Subſtãtia.

Hipp. in li. de flat.

Facultates

decolores, infirmi, debiliumque virium ſunt eos bibentes.

SVMMA CAP. XVII.

1 *Ad occaſum aquæ locatæ, ſunt craſſæ & turbidæ.*
2 *Efficiunt raucedinem, vocis grauitatem, & affectiones tonſillarum.*
3 *Sunt potentes ad ortum omnium morborum.*
4 *Qualis aer, talis eſt aqua.*

CAPVT XVIII.

Meridianarum aquarum incommoda.

VTinam haberent aquæ poteſtates alias ab aere in quo ſunt, vel hinc inde translatæ, à puriſsimo in impuriſsimum aerem, perſiſterent eædem, quę in meridiem fluunt à Septentrione æſtate eſſent forſan orientalibus æquiparandæ, calefcunt tunc temporis plus ſatis meridionales fontes, algẽtes in hyeme: verùm ſub ſolis occaſu poſitis æſtuoſiores, & æſtate & hyeme, frigidi autem minus, non mirum ſi ſalſedine guſtum afficiant, cùm vrantur à ſole, per quem æſtum tùm alui aduerſantur digeſtioni, humores ad externas partes agitando, tùm quia ſubſalſi, niſi difficilè diſtribui, necnon concoqui poſ-

Tẽperies.

Facultates

possunt: neruos non contrahunt, vt septẽtrionales aquæ, sed laxant, caput sensusq; grauant & hebetant, saporem excitant, & recidiuam afferunt, non probè purgatis in morbis. Peculiares igitur harum aquarũ morbi, quos inferunt in senes, esto, tusses humidæ, fluxiones omnes septem à capite, asthmata, vertigines, epilepsiæ, semisyderationes, quas paralipsiam dicunt, ac torpedines. In non agentes adhuc annos quinquaginta sanguinis fluxus, & per nares & aluum, ophthalmiæ, quas Latini dicunt lippitudinem, inflammatio est agnatæ tunicæ, febres longæ, hyemales & nocturnæ. In pueros sanè inferunt asthmata, conuulsiones, facilè horum nerui humiditatem admittunt, & comitiales morbos: frequentem abortum in mulieres, difficilem conceptionem, plurimas lunares purgationes, & quoniam morbiosiores sunt viris, magis distillationibus fiunt obnoxiæ, afficiuntur magis à talibus aquis, veluti etiam inter viros natura humidiores. Non multùm sublime, quemadmodum in septentrione fontes in hac plaga scaturiunt, ob aeris caliditatem vapores dissipantem, & ita exiccantem terræ summũ, vt eos profundos esse, vel ibidem non gigni, sit necesse. Proculdubio nisi æstiui iun-

In senes quos inducant morbos.

In adultos

In pueros.

In mulieres.

Cur apud austrum aquæ sint profundę.

geretur aer non purus, terraque regionis qualitates obtinentis varias (consequuntur hæc omnia se inuicem) meliores essent. Quamuis Nili aqua extollatur laudibus ab eius defluxu per meridiem, tamen longo defluxu per laudabile solum elongatur à meridie, septentrionem versus.

SVMMA CAP. XVIII.

1 *In meridie quæ positum habent aquæ æstuosæ, salsæ, non multæ sunt.*
2 *Aluum sistunt, grauant caput, sensus hebetant.*
3 *Fluxiones mouent à cerebro.*

CAPVT XIX.

Quales aquæ fiant à diuerso solis aspectu.

IN eadem regione sub quacunq; sit plaga, & deteriores & meliores aquas esse certissimum fieret, in omnibus inducendo, si ad hoc inductione opus esset, cũ id concedatur ab omnibus, quod restat circa effectuum aquarum cognitioné, ex situ locorum absoluatur. Dictum est spectari situm & penes plagas, & penes aspectum loci, cum aquæ diuersis, multisque modis, ad solem varios habeant positus, & aspectus, variæ etiam excitabuntur aquarum facultates, quod iam dictum est eue=

euenire à solis robore, aere mediante. Positus enim vniuersim quatuor declarati, ex quorum plurimis oppositionibus, & summis, & infimis, eorum inuicem operturis, & detecturis, erunt illorum quatuor ferè infinita latitudo, innumeræque species, in quibus animum adhibere oportet, aquarum effectus per supradictos quatuor positus semper memoria retinendo, reliqui sanè omnes ab illis quatuor non euariant nisi secundùm magis & minus, ex magna vel minori inter se inuicem elongatione, & propinquitate: Quò magis minusve ab illis positionibus absunt aquę per illos situs, eò potentiorem vel imbecilliorem naturam obtinentes, magis minusve possunt ad dictorum per quatuor plagas effectuum introductionem. Dirigantur ad hæc, formenturq; leges omnib. cõmunes, per quas aquarũ facultates singularum ex situ, sit quiuis, coniiciantur. Prima sit quò magis in his regionibus mũdi quatuor aquarum positus auersum solẽ habent, eo minus sunt per dictas plagas in aquarũ facultatibus cõsortes, solem auersum habent aquæ, secundũ illius regionis constitutionẽ, non sustinentes eũ, secus fit quãdo pennẽ solẽ sustinẽt, quod in his quę vrũtur à sole, palã est aquis ad solis exortũ

Aquarum aspectus quot.

Regula vniuersalis.

Prima Regula.

sitis, ad occasum, & meridiẽ, nec non sub vrsa manantibus: si septentrionales fontes non coquantur à sole, suas easdemq́; magis moliuntur qualitates, quod si ab eodẽ coquantur, dulcescent naturæ hominis commodiores reliquis, diuturnum solis aspectum aliarum plagarum retinẽtibus.

Secunda. Secunda, patens ex omni parte, solique fons expositus, præstabilior est in suis iisdem qualitatibus, non sic patẽtibus aquis: verùm secus euenit positis sub borea, tũc existunt illarum aquarũ effectus ferè contrarij aquarum effectibus, in eadem plaga huiusmodi patentem aspectum non habentium.

Tertia. Tertia, occlusus tectusque magis à turbantibus, & deprauãtibus aquas, quales etiam venti sunt australes, & mane perflantes ab occasu, valdè potior erit in quouis climate, ipsimet opposito, & si vndique ætheri non pateat.

Quarta. Quarta, qui fontes in sublimibus locis nascuntur, quàm qui in infimis meliores habeantur, reliquis paribus, illorum tenuiores aquę sunt & frigidæ, horum turbidiores & magis æstuosæ, quales quoque sunt in concauis locis æstuantes. Per hæc, & si sub ariete fons existat, occlusus tamen orientem solem non habens, at positus in loco concauo spectet austrũ, vel quid aquam turbãs,

non

non erit earundem facultatum, quarum erit aqua, sub eadem plaga, in cliuo posita, solem perennem habens, tecta à deprauãtibus eam. Sic penes locorum aspectum & positum, absolutę sint aquarum omniũ in re medica potestates.

SVMMA CAP. XIX.

1 *Sol inquinat & purgat aquas.*

2 *Positus aquarum ad solem erunt quatuor, inter quos ferè infinita latitudo est.*

3 *Reliqui positus euariant ab illis quatuor secundùm magis & minus.*

4 *Locatæ per hos omnes positus aquæ, soli expositæ, fiunt magis participes suarum dictarum facultatum, septentrionalibus exceptis.*

5 *Patens ex omni parte præstabilior est aqua.*

6 *Tecta à turbantibus potior est aqua.*

7 *Sunt aquæ lectiores, si nascantur in sublimi loco, quàm in concauo, & profundo.*

CAPVT XX.

Loci natura quid sit, aquarum facultates præfiniens.

NAtura rerum existentium indefessus parens, perfectum non tantùm semper intendit, sed ei etiam omni opera conseruationem machinatur: per-

fectum non intelligo, quod ad sui esse altero non indiget, sic apud naturam omnia perfecta sunt, aliàs non essent existētia naturalia, sed perfectum intelligo, singulas proprietates obtinens ipsi competentes, quas si omnes non obtineant aquæ, vsque huc dictum est euenire, vel ratione materiæ & efficientis, vel ratione situs, vel naturæ locorum, quæ aquis aliter obuiam fiunt, intellectu sunt facilia, veluti inquinamenta per sordes: his hæc regula sit vniuersalis: Ea aquas omnia præhendere, quibus cum miscentur, magis ergo illuuiarum expertes aquæ, à prauis plurimùm distabunt. Materiæ & efficientis modorum rationibus olim aquarum absolutis, earumque positu, iam aquæ fontium probitas & contrarium à natura loci cognoscatur, locum nunc dicas, vel in quo morantur aquæ, ante seu post scaturiginem, vel per quem simili modo labuntur, denique quicquid aquam continet siue labentem, siue aliter, aquæ locus est. Naturam quidem dicas loci speciem, & qualitatem: veluti locus terra sit lapides, & fodinæ metallorum: loci natura, terrarum, lapidum & fodinarum genera & qualitates: Terræ specierum qualitates, friabilitas, & pinguedo terræ, est equidem

Regula vniuersalis.

Locus qd sit aquarū

Per naturam aquarum quid intelligatur.

dem terra culturam ferens, quæ madefacta germinare facit, & communiter dicta terra quæ madefacta dissoluitur, species autem terra pinguis, & pinguetudinis expers: Metallorum & lapidum qualitates, ex ipsorum speciebus cohærebunt aquis nitri, sulphuris, & aluminis qualitas, salsedo, æris, ferri, & reliquorum qualitates, sunt hę non terrarum, sed lapidum, & metallorum qualitates, species verò sal, alumen, ferrum, nitrum, ęs, & reliqua. In quibus omnibus statuatur ordo talis, quo fodinarum qualitates prę se ferunt fontes, ij omnes per librũ tertiũ euoluentur, secundo huic annexũ. Inter cęteros fontes, quę terrarum specierũ qualitates penes locorũ naturam nõ enarrabuntur singulatim, nõ relictas pútes, at in sequentibus enucleandas, vel in iisdem esse percipies, si quę voles ex eorum quę ponuntur inuicem cõparatione detraxeris. Terrarũ igitur, quæ propriè terrę sint, duæ tantum species ex Gal. statuantur, pinguis terra & pinguetudinis expers: arenosa verò vel lapidibus referta terra, in duas alias terræ species redigitur à Georgicam, id est agriculturam, conscribentibus. Ex quibus singulis quatuor terrarũ differentiis, inter quas plurimas alias admittito, per maiorem minoréve earun-

Quatuor terræ species. cap. 3. lib. 9 sim. med. fac.

dē participationē, facultates in aquis existes, iam iam enarrabuntur, cur inter pinguem terram & non pinguē mediam, collocabimus speciem ab vtrisque distinctā?

SVMMA CAPIT. XX.

1 *Natura semper perfectum intendit, & eius conseruationem.*

2 *Perfectum duplex in naturalibus, quod ad sui esse altero non indiget, & habens omnia ei cōuenientia.*

3 *Aquæ minus participes sordium, minus distant à laudabilibus aquis.*

4 *Locus aquarum est quicquid aquas continet.*

5 *Loci huius natura est eiusdem loci species, & qualitas.*

6 *Continent aquam vel fluentem, vel morantem, terra, lapides, & fodinæ.*

7 *Terra est quæ madefacta vel dissoluitur, vel germinare facit, vel vtrumq;.*

8 *Terrarum species tres veræ sunt, & duæ notæ.*

CAPVT XXI.

Aquarum qualitates terræ pinguis & non pinguis, & mediæ inter has species referentium facultates.

QVamq; aquam in luto innasci, vel per lutū allabi, nisi lapides vel fodinæ sint metallorum, non terra, hoc

hoc tantùm constet medio, humido emollita terra lutum dicitur, non attingitur ab aqua quin emolliatur terra: at non sic omne lutum intelligatur, vt ex terra qualibet aquas fœdet, sed quod ex tali terra, vt in proposito desumitur ex extremis differentijs pingui & non pingui: Terra etenim aut naturæ est friabilis, vt ita dicam cum Gal. & non optima (friabile ab arido distinguitur ex Gal. sententia quia dicitur ariditas de rebus duris, & apprimè exiccatis, friabile autem de his quæ medium locum tenent inter arida & perquã humida, quod léto tenaciq; opponitur) aut viscida & pinguis, quæ léta & tenax est: illã Galenus argillã dixit, & colore candidioré, hãc colore atram: in nostra hac regione, vbi librorũ suorũ plurimos conscripsit, ea terra, quã nos Argillam dicimus pinguis est & viscida, rubei, albi coloris & atri, verũ disceptatio dimittatur de nominibus. Quàmuis humore solutum friabile vertatur in lutum non tamen viscidum ac tenax, quemadmodum in id vertitur pinguis terra & non friabilis: duo hæc sint terrarum lapides nõ existentium differentiæ, infra quas quæ mediæ interiacent species multiplices esse possunt. Cunctis commune est, vt notæ, & qualitates, quas præ se ferunt, sint

Lutũ quid

Terrarum differẽtiæ.

Cap. 7. lib. de bon. & mal. suc.

Friabile & Aridum quid sint.

Tēperies aquarum per terrarū differētias.

quæuis, earum specierum temperiem sequantur, vt acres calidam temperiem, frigidā adstringētes, sic de reliquis saporibus, leuitas aeream in eis substantiam, grauitas magis terreā, ita vt aquę, quibus locū præbet grauissima terra, exiccent omniū maximè, quibus autem acris terra calefaciāt. Hisce igitur speciebus cum cōmune sit in lutū verti, viscido & opimo plus humiditatis inheret, quàm friabili, & pinguedinē nō habenti: huic verò facilius mutationes temporum, humiditates, & ariditates, recipere. Propterea dicendas facultates, non easdem sibi asciscit vtrumq; lutū: ex friabili terra lutum earum aliquarum fit minus particeps, quam lutum ex terra pingui, sic vice versa: in hoc distant, vnius aqua humectat, alterius exiccat, eorum frigiditas vnà cum siccitate paucas defert aquas, easque saporis non iucundi: quas autem defert pinguis terra, necesse est esse tardè calescentes, crassis admodum, & albescētes veluti aqua immista lacti, non spendidas, at obscuras, difficiles distributu, moram trahentes in præcordijs, adstringentes aluum, vrinas, & menstrua: oppletiones, fœculentumq; sanguinem pariunt: spiritus omnes obtenebrātes, etiam inspirationis instrumenta maximè afficiunt, Horum tamen

Substātia.

Facultates.

men aliqua alteri quoq; speciei, exiccanti scilicet aquæ, conueniũt, difficile distribui, adstringere, & sitim nõ explere. Iam dictis addatur quid exterũ & aquarũ & terrarum substantiæ vt aquæ natura ostendatur ex terra, coniectura nõ fallax, vt ex terra plãtas herbasq; ferente, sic aquarum effectus deprehendas: spoliata plantis, herbis arboribusq; terra & nuda, quia friabilis, habet aquas calescentes nimiũ ac exiccãtes, deteriores aquis in terra exilientibus referta arboribus & herbis, paucissimæ ibi quæ dãtur aquæ, exustæ vidẽtur, & densæ, laudabiles non sunt, multo minus cõmodiores alijs. Inter has iam dictas aquas, terrarũ pinguiũ & non pinguium mediæ quò extremis proximiores fiunt, eò qualitatũ illorũ extremorum fiunt magis cõpotes: in medio sanè cõstitutę probãtur magis, qualis est aqua, cuius alueus purissimã aquam habet, purã dico minùs illorum duorũ extremorũ participem. Accedamus iã ad aliã luti differentiã defædantis aquas, qua explicita, terrarũ specierũ facultates in aquis breuiter euoluentur, lapides existentium.

Coniectura ex herbis ad tẽperiẽ terrarum & aquæ.

Regula vniuersalis.

SVMMA CAP. XXI.

1 *Lutũ fit ex aqua et quoq; terra, quæ poßit emolliri.*

2 *Terra dicitur de lapidibus, & terra, quæ emollitur ab aqua.*

3 *Tenaci & optimæ terræ plus humiditatis inest, quam friabili, & huic plus siccitatis.*

4 *Terræ, quæ emollitur ab aqua, duæ sunt extremæ differentiæ, & species.*

5 *Friabilis terra magis recipit mutationes temporum, quàm tenax.*

6 *Terra pinguis & friabilis paucas deferunt aquas, insuaues, & craßas, tardè calescentes, & difficiles distributu.*

7 *Terrarum qualitates, quæ deponuntur in aquis, cognoscuntur ex tribus, ex terrarum visciditate, grauitate, & saporibus, quid horum terra resipiat & aquæ.*

8 *Nuda herbis & plantis terra paucas dat aquas, æstuantes, & exiccantes.*

9 *Arboribus & herbis referta terra meliores dat aquas, quàm terra nuda.*

10 *Scatentes aquæ à terra, quæ medium locum teneat inter friabilem & pinguem, meliores erunt.*

CAPVT XXII.

Cœnosarum aquarum nequitiæ.

Foetor in luto vel aqua vnde.

LVtum non fœtidum, ex non pingui terra, terraue pingui, iam deductum est. Fœtidum autem lutum ex aqua deducatur & quauis terra putrefactis, fœtor equidèm putredinem indicat, lutum fætidum

fœtidum cœnum nunc dicatur, quale apud palustres aquas ferè semper conspicitur: quibus vitia habet adsimilia cœni qualitates aqua continens, & quoniam illæ fœtidæ non sunt, cænosæ verò semper, illis non tantum, sed alijs omnibus multò nequiores arbitrentur: vltra quę dicta sunt de palustribus, & stabilibus aquis, gustum inficiunt, animi deliquium inducunt, & breui stomachi passiones, tabem, putredinem, ac mortem continuò epotæ. Ne dũ cænosas aquas, ac omnia cuiuscunque sint generis fœtida, effugere nobis est insitum à natura: nihil etenim, vt putrida, naturam prosternit: quinimò si tantùm olfactu hæc afficiunt, quid si potentur? Cœnum quid. Facultates.

SVMMA CAP. XXII.

1 *Lutum est & fœtidum & non fœtidum.*
2 *Fœtor putredinem indicat.*
3 *Cœnum est lutum fœtidum, cuius aquæ longè nequiores sunt aquis palustribus & stabilibus, & alijs omnibus ad hominem relatis.*

CAPVT. XXIII.

Lapidum, Glareæ, Sabuli & Arenæ, quales sint aquæ.

EOrum lapidum, qui ab humido dissoluuntur, vt salium & aluminum genera

nera non hic facultates inuestigabuntur in hominem, cum in librum tertium fuerint omissæ: sed earum terræ duarum specierũ, quas diximus Georgicos nominare arenę confusam terram & lapidibus: Arenæ & lapidum terræ specierum, quas terræ, quæ emollitur ab humido, dictum est non esse veras species, ea est natura, vt quamprimùm calores & frigora suscipiant, susceptaque retineant longo temporis interuallo: rei huius testes sunt per arenosa lapidosaque loca non spirante aura, æstiuo tempore agentes iter, vruntur ferè à sole, quod non euenit ambulantibus eodem anni tépore per loca his contraria, radios in se ipsa solis admittentia, ad eorum pororum apertionem, & meatuum. In lapidibus, & arenæ speciebus, propter eorũ densitatem radij reflectũtur, vndè calescunt & aer. Propterea per glareas & lapides circa riuos obducitur citrini coloris illuuies, non aũt hęc obduceretur, nisi sic tangerentur à sole, signum aquæ multum exiccatæ & æstuosæ, vt in nostri quoque corporis humoribus manifestũ apparet, quippe flaua citrinaque euomitur bilis in æstate: sint igitur exiccatæ valde tales aquæ, multũ quæ per glareas, multò magis quæ effluunt per maioré molé, hác glareá dicamus Saxa, præsertim

Tẽperies.

si sca-

si scabra sit eorum superficies, lenis Saxorum in aquis superficies, quãuis sit humiditatis signum, sicuti siccitatis asperitas, tamen ipsi lapides exiccant, & aquas duras efficiunt: inter se quidem cõparata magis & minus admittũt: minus exiccant quàm supradictæ per sabulũ moram trahẽtes, adhuc minus quæ per arenæ species. Omnes respectu labentiũ per lutum duræ sunt & solidæ, difficilius penetrantes, ingestaque non humectantes, pleuritidem inferẽtes, asthma, & difficultatem anhelitus: quoniam in hyeme condensantur veluti septentrionales à frigido, & exiccantur in æstate à calido, vario insuper modo calent & algẽt: reddunt præterea simplicia membra non fluxionibus obnoxia, sed dura, & solida, vel comprimendo, vel exiccãdo, hinc pectus coarctaq; instrumenta spiritus magis occludunt, incommodissimum elaborantibus difficultate respirationis, non explent sitim etiã largè potæ, tenues opplent meatus & in visceribus & in carne.

Substãtia.

Facultates.

SVMMA CAP. XXIII.

1 *Lapidum alij dissoluuntur ab humido, alij nõ.*

2 *Per lapides & glarias labentes aquæ duræ sint, & siccæ.*

3 *Per arenas autem & sabulum non adeò duræ & siccæ.*

4 Coar-

4 *Coarctant instrumenta spiritus, ac tenues meatus.*

5 *Illuuies citrina circa saxa & glareas aquæ æstuationem & siccitatem ostendit.*

6 *Lenitas in rei superficie, eiusdem superficiei humiditatem: & asperitas siccitatem ostendit.*

CAPVT XXIIII.

Plantæ in aquis nascentes quales prauitatem & bonitatem aquæ demonstrent.

CIrca fontium naturalium differentias, à loci natura perquirendas, æquum esset, in præsentia de fodinarum aquis agere, cùm illæ tales sint, quales efficit natura loci, per quem transeunt: tamen in libro tertio seorsum cum de eis agere sit institutum, nostra non intersit, si hac vltima differentia interposita, ordine præpostero vtendo, facilioris doctrinæ gratia, illùc translatæ ponantur: non inter has aquas qualitatum fodinarum expertes, locus dandus est eis. Iam igitur ex propositis in principio libri huius secundi, & penes plantas innascentes in aquis, vel circa eas, & penes animalia in aquis viuentia,

tia, aquarũm prosequamur faculatum cognitionem: vt simul iunctis omnibus, optima inter omnes aquas eligi valeat. Supra ab arboribus & plantis non in aqua nascentibus, sumpto indicio, sed in terra, vt terræ naturam demonstrãdo, aquam prauiorem, & meliorem notarent: nunc à nascentibus in aquis plantis, & herbis indicationes sequendo, quid ab illis diuersum apponere decet: In illis Plantarum multitudo perquirebatur, in his autem species & qualitates. Natæ in aquis plantæ prauam aquam ostendunt, bonam, vel mediocrem: praua nunc sit vsui pro potu vel aliter ingeratur minus idonea: Bona quæ magis idonea est. Prauam aquam denunciant plantæ omnes fœtidæ, & etiam non fœtidæ, sed frondium longarum vel latarum, vel & longarum simul & latarum, adhuc molles etiam, & lenes plantæ non latarum nec longarum frondium: fœtidas dico, non tantùm quæ malè oleant, sed quoque circa quas vel immunda sordes conspicitur, vel spuma cuiusuis coloris seu densa seu aliter hæreat ipsis: hæc in aquis crassitiem denotat, visciditatem, & aliquando putredinem: verùm ex varijs spumæ speciebus, coloribus, & ampullis, varias aquarum naturas intelligere li-

Praua aqua quas plantas contineat.

Fœtidæ plãtæ quales sint.

Spuma quid indicet in aquis.

cet. Latarum leniumque frondiũm plantæ sunt quales nimpheam, nenufar aquaticum videmus: Longarum arundines palustres: latarum simul & longarũ plantaginem, quam barbã syluani dicunt: non fœtidarũ frondium nec amplarum est aquæ lẽticula, & adsimiles. Quibus cũctis plantis, quæ similes fiunt reliquæ, talem aquã demonstrant. Fœtidæ vel im mundæ semper aquæ prauitatem ostendunt: latarum autẽ frondium plurimæ: earũ autem quas posuimus non latarũ nec longarũ frondiũ at mollium aliquæ. Circa quas verò copia capillorum veneris adnascitur, adiãthi, vel quæuis nascatur penitus odoris expers, & solida, vel suauissima odoratui, potiores conseantur aquæ. Mediæ inter has & prauas sisimbriũ continent aquaticum, quod nostri senationes vocãt, & dulces, & acres, siuũ vocatum lauaros, seu canneias, at pauci sunt riuuli, in quibus si nascitur sisimbriũ aquaticum, quòd ibidem etiam non nascatur siuũ in quantitate multa. Similes his plãtæ similes aquarũ naturas denũciãt.

Bona aqua quales plãtas nutriat

Quales etiam mediocris.

SVMMA CAP. XXIIII.

1 *Plantæ in aquis, & prope eas natæ, demonstrãt aut prauam, aut bonam, aut mediam inter has aquam.*

2 *Prauam aquam ostendunt omnes plantæ fœtidæ, vel*

dæ, vel latarum frondium, vel longarum, & latarum, deniq; molliũ leniumq; frondium.

3 *Sordes circa plantas in aquis notat aquarum prouitatem.*

4 *Odores penitus expertes plantæ, vel etiã suauißimæ & solidæ probã aquã præ se ferunt.*

5 *Mediocrem inter dictas aquas demonstrant sisimbrium, & siuum.*

6 *Spuma manens in aquis earum prauitatem nunciat.*

7 *Colores, ampullæ, & species spumarum variæ, varias aquas ostendunt in facultatibus.*

8 *Plantarum tùm multitudo, tùm species aquarum indicat facultates.*

CAPVT XXV.

An constitutionis aquarum cognitio adipiscatur indicatione sumpta à viuẽtibus animalibus in ipsa.

DEgentibus in aquis est aqua, veluti regio est degentibus in terris: aeris constitutio cõmunis est ambobus per supradicta, ac etiam per piscium saltus in tempore denotante pluuiam, aerem attrahendo cum sint natura humidi præsentiunt humiditatem. In regionibus omnibus vitæ animalium aptis sicuti eorumdẽ regionum animalia cuncta viuere possunt. Verumtamẽ seu sana seu ægra dũmodo se

Aquarum & aeris cõparatio respectu in ipsis viuẽtium.

Cap. 17.

ipſa non interimant: ſic in aqua qualibet cuiusvis qualitatis non multitudinis (non enim quantitas, ſed qualitates nunc aquarum attendantur, quæ aquarum ſint, non fodinarum vel aliorum in aquis) ad aquatilium vitam apta, viuere quodlibet animalium illorum aptum eſt, ſiue ſanum, ſiue ægrum, niſi necent ſe inuicem. Propter quod talis prima regula conſtituatur

Regula 1. in hoc propoſito: Ex aquatilibus omnibus non neceſſario elici poteſt aquæ bonitas & contrarium ad hominem optima temperie cõſtitutum, ad talem hominem omnia hucuſque dicta, poſthac dicendaq́;

Obiectio. referantur. Imò ſi omnibus aquatilibus aquæ omnes aptæ ſint ad vitam, ex aquatilibus etiam vnius tantùm ſpeciei non eſt quid innoteſcat circa aquarum effectus, & ad hominem & ad aquatilia ſibi ipſis comparata: ſenſu & ratione percipimus ex vna animalium ſpecie vitam alicubi terrarum degentium ſaluberrimam, regionis eiuſdem incolumitatem omnibus alijs ſpeciebus deducere nos non valere: & ex piſcium aliqua ſpecie, eiuſdem aquæ ſalubritatem omnibus piſcium ſpeciebus nos non poſſe conijcere.

Obiectionis oppugnatio. Certiſsimum tamen eſt, quòd vna regio, & ſi vnæ ſpeciei, non tamen omnibus ſpeciebus in terra degen-

degentium animalium sanitatem affert: & aqua vna non est piscibus omnibus incolumis, & si vni piscium speciei: nemo non asseuerabit regionum alias alijs non solum præstare ad species, si non omnes, tamen ad speciem talem producendam, & conseruandam, sed etiam quæ animalium vna regio perficit, alteram regionem eadem destruere: pariter affirmandum aquarum alias præstare alijs ad talium piscium & susceptionem, & educationem. Si igitur regiones producunt & seruant species aliquas animalium, & aliquas non admittunt: nonne adhuc sequetur necessariò species piscium aliquas alibi inesse, alibi verò non, & si quæquæ aqua eorum capax eis regio esse possit? hoc idem videre est etiam in plantis, aliquæ alibi nascuntur, alibi verò non. Propterea dicatur in his, illud vbique posse viuere, & aquam omnem esse aptam omniũ vitæ, cunctis non conuenire eodem modo. Hinc per pluralitatem animalium magis temperatorũ, etiam si tantũ vnius sint speciei, illius in qua degũt regionis temperiei cognitioné manifestè si nos assequi putemus: eodé modo, per eandé pisciũ inter pisces temperatorũ pluralitaté, aquarũ constitutionis inuestigatio necessariò continget. Nunc piscium Responsio obiectioni

illa temperies cōſideretur ad hominē, ita vt ſit magis id tēperatum, in quo ſe guſtus æqualem habens temperiem magis oble-ctatur, & corpori non affert detrimentū: vel dicas quod eſt boni frugi. Facultate qua pollent aquatilia aquā inficiunt, & inficiūtur ea à facultatibus aquarū. Numero plurima nō exiſterent alicubi, niſi optima longaue valetudine potirētur. Ex his duæ deducantur regulæ non oppoſitæ ſupradi-ctis, cū ſint minùs vniuerſales: quarū prima

2. Regula. ſit, per pluralitatē & temperatorū & intēperatorū aquatilium coniectura fiat de prauitate & bonitate aquarū, reliquis non cō-tradicentibus: Veſcuntur etenim alia piſcibus, vermibus alia, alia alijs herbis, & cœno: valde humida vt anguillæ & tinchæ vitā non degunt in exiccatis, tenuiſsimis, vel non lutoſis aquis: veluti pellucidis gaudēs truta, omnesq; quos ſaxatiles dicit Gal. ſcarus, iulis, perca, foca, merula, & turdus

28. cap. lib. 3. de al. fac. piſces. Quamuis in mari degentibus veſcamur aliquibus ſuauiſsimis ac tēperatis, tamen marina aqua nō potiamur pro potu: id accidit quoniā omnigenæ ſunt aquę maris tenuiſsimæ, denſiſsimæ, ſalſæ, etiā potabiles quæ infra ſunt ſalſedinē. Non tantū pluralitas vnius ſpeciei, ſed etiā aliquod alicuius formæ animal indicat aliquando

maio-

maiorẽ & minorem aquarum prauitatẽ: vt Bufones etiam si nõ fuerint plurimi, vermes & hirundines & caudatæ magnorum capitum, & non caudatæ, verùm hoc non est omniũ specierũ, sed aliquarum, eorũ inquam omnium aquatiliũ, quæ temperatis opponũtur, comesta enim corpus inficiũt, vel comestioni apta nõ sunt, tamen omnia ad esum inepta prauitatem aquæ non præ se ferunt, cum animalia parua, super riuulos & fõtes nec non per flumina nõ prauarum discurrant aquarũ, longis tenuibusq; pedibus, à nobis visa super aquas potiùs in vmbris, quàm eorum corpus appareat, & apta non sint esui: sed illa, à quibus, si comederentur, corpus ægrotaret. In horum numerum ranas redigito: ex quibus tertia supradictis duabus aptetur regula, vt non 3. Regula.
tantum ex animalium aquatilium pluralitate, sed etiam ex aliqua eorum specie, aquarum, vbi degunt, facultates valeamus adipisci. Vt hæc eadem cognoscamus, à quibus comestis ægrotet corpus docemur ab eorum vsu in cibis frequentiore.

SVMMA CAPITIS XXV.

1 *Aqua talis est regio aquatilibus, qualis aer terrestribus & terra.*

2 *Quodlibet animal vbiq; locorũ vitã degere aptũ est, dummodò locus ille sit aptus ad vitam.*

3 Ex omnibus aquatilibus non innotescunt facultates aquarum.

4 Si vna regio salubris sit vni animali, non propterea omnibus.

5 Aliqua in aliqua religione vitam salubrem degunt, quæ non admitiũtur ab alia religione.

6 Aquatilia non eandem vitam vbiq; degunt, sed sanam in aqua eis proba, & ægram in aqua eorum naturæ repugnante.

7 Qualis est temperies aquatilium, talis & aquarum, & econtra.

8 Per pluralitatẽ temperatorũ & intemperatorũ aquatiliũ probatur aqua praua & bona.

9 Aquatilia crassi succi non suscipiuntur à tenuissimis aquis.

10 Aqua maris omnigena est, propterea species varias habet aquatilium.

11 Aquatilia quæ comesta corpus inficiunt, vel comestioni non sunt apta, in qua aqua morantur, eam prauam esse testantur.

12 Ex aliqua aquatilium specie potest ostendi & bonitas aquæ & prauitas.

13 Per animalia parua longis pedibus à nobis visa super aquas in vmbris, bona aqua innotescit.

14 Aquatilia aquarum bonitatem & prauitatem ostendunt.

CAPVT. XXVI.

Aquarum moderationes penes animalia viuentia in ijsdem aquis.

Minus

MInus vniuersali autem methodo per hæc progredientes, iam dicamus, si plurima sit aqua in qua frui vita non valeant aquatilia, vt Sodomeus ille lacus, quem dicunt mare mortuum, & mare salsum, latitudinis stadiorũ 200. longitudinis verò 800. ex Plinio, apud Ericõtem, in quo non viuunt animalia, nec plãtæ, vt recenset Gal. cum in eum confluant duo longe maximi fluuij scatẽtes piscium copia, quorum vnus est Iordanis. Huiusmodi aquæ non coducentes ad nullius aquatilis vitã, nec hominis vitę existimẽtur vtiles. Præter has salsas, adeò prauarũ aliarũ qualitatũ reperiuntur aquæ, quas innumerabiles acquirũt per diuersas terræ species, vt etiam necent bibentes eas, veluti illa in Leontinis in Thracia, & aqua Stygis in Ereo Arcadiæ. Si autem viuant aquatilia in aqua plurima, non propterea inferendum erit, ad hominem eandem aquam conducere: nam non conducentes aquæ vitæ hominis, aquatilium vitæ conducere, patuit in supradictis, ac etiam piscibus illis, quos Hyppopotamos dicunt Indiani, in eorum flumine aquæ amarissimæ valde magno, copia adeò innumerabili horum piscium maiorum Elephantorum corporibus abundante, vt postquam

cap.16.li.5.

cap.19.lib. 4.de simp. med.

cap.25. lib. huius.

350. homines natantes deglutiuiſſent ex exercitu Alexandri Magni, temporis ferè nulla interiecta mora, multò plures famelici ſe exhibuerunt, cibũ expectantes eundem: verùm aqua aquatilia illa non boni frugi præ ſe feret. Propterea dicamus in aqua plurima vel viuunt aquatilia multa, vel pauca numero: multa ſeu ſpecierum plurium temperatarum tantùm, dico temperatas ſpecies, quarum indiuidua ad indiuidua alterius ſpeciei relata, temperiem æqualiorem habent ad hominem, vt dictum eſt: ſeu multa ſpecierum temperatarum ſimul cum intemperatis: ſint intemperata nunc aquatilia, prauè pro cibo hominibus conducentia, non perniciosè exitialia: hæc nullo modo conducentia interimũt, illis autem potimur, & ſi humores malè diſponant, vt anguillæ, ranæ, & his ſimilia. In plurimis hiſce aquatilibus excedunt in multitudine vel temperata, vel non temperata. Denique multa ſint ſpecierum intemperatarum tantùm in aqua multa. Quatuor has differentias homini ſic aptabis. Aqua prima, cõprehendens inquam, aquatilia tẽperata tantùm, vtilior ſit reliquis ad hominem: ſecũda, in qua temperata excedunt minus vtilis, vtilior ea tamen, in qua plura ſunt non temperata:

Quę multa aquatilia, qualẽ aquã demonſtrẽt.

peratа: omnibus minus vtilis eſt quarta differẽtia, eorum immoderata natura etiã aquæ immoderationẽ deſignat. Pauca aquatilia non numero, ſed forma, ſi frugaliſsima ſint in aqua plurima, etiam illius aquæ frugalitatẽ oſtendunt: aquatiliũ diuerſitas aquarũ facultatũ diuerſitates demonſtrant, ac diuerſas operationes in corpus humanum. Propterea hæ differentiæ magis probam aquam denunciãt reliquis paribus, quàm ſupradictæ aquatilium pluriũ formarum. Si frugi & non frugi ſimul, pauca nõ numero, ſed ſpecie ſint in aqua plurima, deterior erit iam iã aqua dicta, magis autem & minus per exceſſum frugi & non frugi viuentium in ea, adhuc erit praua magis quàm dictæ duę, ſi contineãt nõ frugi tãtùm. Quod ſi ſint minus multa numero, plurium formarũ, in aqua plurima, vel ſymmetriam in eorum compoſitione nactarum, vel ametriam, vel ſimul inſint ſymmetra & ametra, prauitatem præ ſe fert hæc aqua maiorem, quàm multa ex dictis differentiis aquatilia continens, exceptis ametra plurima amplectẽtibus, hæ deteriores exiſtunt continentibus minorem ametrorum multitudinem. Si autem paucarum ſpecierũ ſint minus multa numero, in aqua plurima, vel temperatarum

Quæ pauca aquatilia qualẽ aquã demonſtrẽt.

tantùm, vel tantum intemperatarum, vel vnà & ſimul comprehendantur ambo: hæc aqua plurima reliquis iam poſitis cõparata talem ſortiatur conſtitutionem: quę non multa frugaliora includit, non ita proba ſit, veluti includens frugaliora multa numero & forma: non autem frugi exiſtentibus contrarium continget. Iam aquatilium differentiæ poſitæ ſint in aqua plurima, eiuſdem aquæ temperationem denunciantium. In aqua autem modica ſi non viuant aquatilia ratione arctitudinis loci, qualis eſt aqua ſcatens in ambitu nõ multo, vel etiam eius loci culturæ ratione, nihil ambo indicabunt ad aquarum malitiam, vel contrarium capeſſendum: indicabitur ſi ſit ratione ipſarum prauæ qualitatis. Quòd ſi viuant in ea plura quomodocũque ſint, quamuis eorum aliqua aquam depurgent à plurimis corrumpentibus, tamen in præſentia, quoniam pauca eſt aqua, aquam inficiunt, plus & minus, ſecundum eorum naturæ temperationem: magis hæc purgatur & inquinatur quàm multa quarumuis differentiarũ. Propterea etiam ſi pauca ſint aquatilia formarum plurium degentia in aqua pauca, non probam aquam præmonſtrant, ſiue temperiem obtinuerint æquali proximá,

Paucæ aquæ qualitates à viuentibus in ipſa.

ſeu

ſeu alteram temperiem: ſi verò nõ ſint formarum plurium, magis probam indicant, ſi fuerint temperata. Cunctis igitur his cõmune ſit boni frugi aquatilia, in probabiliore aqua cohiberi: & intemperatáq; in mala, ac deteriore, ex eorum pernicie, & prauitate. Aquarum facultatum pluralitates, in methodum olim appoſitam collectæ, finem iam conſtituant indicationibus iis, quæ ad eaſdem facultates deſumi poſſunt à degẽtibus aquatilibus in aquis, quarum queruntur facultates. Etiam ſi aquas commemoret Plinius, alteram propè ripas tantùm piſces habentem, eſt in Salentino lacus, iuxta oppidum Mandruriam: alteram introrſum tantum alentem piſces, amnis eſt in Armenia. Si inquam eiuſdemmet aquæ pars piſces habeat, & in altera parte non viuant: non ob id aſſerendum, huiuſmodi differentias in poſitis relictas eſſe: ſed illud euenire forſan non alimenti ratione, quo veſcuntur piſces, vt nempè contineatur in parte aquæ aliqua, & in alia non, nam à cibo natantes migrarent vndique: ſed quoniam heterogenearum partium has aquas eſſe oportet, vt pars laudetur, reprobetur alia piſces non continens: Quales reperiuntur aquæ in ſano loco in Troglotidis, diebus ſingulis

Regula vniuerſalis.

ter dulcescentes, mox amaræ fiunt, deinde salsæ. De his & similibus, quæ sunt partium dissimilium ob allabentes eò aquas ea facultatum cognitio habeatur, quam earum facultates pręse ferũt, hinc inde attẽdendæ per eas demonstrantia, quorum aliqua declarabuntur in sequentibus, aliqua vsq; ad hunc finem executi sumus ex componentibus, locorum natura, situ, & ex plantis. Hic equidem sibi ipsis constantes partiũm similium ac etiã dissimilium prauæ vel bonæ in potu & cibis absolutæ sint aquæ, ad quas aquatilia supradicta sunt indicia.

SVMMA CAP. XXVI.

1 *Aquarum prauitas & contrarium ostenditur ab aquatilibus, in ea si degant, prauis & salubribus.*

2 *In aqua multa si non viuant aquatilia, non est apta vitæ hominis.*

3 *In pauca aqua aquatilia non degentia, aliquando aquæ prauitatem, aliquando nihil indicant.*

4 *In aqua vbi viuant plurima aquatilia temperata tantùm, bona est, sic vice versa, mala.*

5 *Intemperata ad hominem aquatilia & aqua duplicia sunt, nullo modo conducentia, quia exitiosa, & prauè conducentia.*

6 *Aqua pauca inquinatur à viuentibus in ipsa.*

7 *Hippopotami pisces fluuiorum comedunt homines*

mines natantes, maiores Elephantum *corporibus.*

8 *Aqua,* Indiæ vnius *fluminis longe maximi, amarißima.*

9 *Aquæ reperiuntur necantes bibentes, in* Ereo Arcadiæ, *& in* Thracia.

10 *Aquæ partium dißimilium, in earum parte aliqua pisces alunt, in altera non,* vt *lacus in Salentino: & amnis in* Armenia.

11 *Aquarum dißimilium partium reprobari partẽ, & partem laudari poßibile est.*

12 Cognitio *facultatum aquarum partium dißimilium habeatur ex indicantibus, hinc inde per librum hunc desumendis.*

13 *Aquæ similium partium totæ* vel *bonæ sunt,* vel *prauæ.*

Dictorum in libro secundo epilogus in tabularum speciem congestus.

SCatentium aquarum à terra, propter quam scatebrã dicuntur FONTES, aliæ subterraneę sunt in Tab. 6. alię scatent in summmo terrarum aut in quãtitate multa constituentes flumina, quorũ aquę nõ bonę cẽsentur, siue vtamur his statim à scatebra, humidissimę & frigidissimę sunt, siue à scatebra distãtibus, generãt calculos, nephritidẽ, ischiadẽ, herniã, & vrinę stillicidia, quoniã ꝑpter æstũ & exiccatio- Tab. 5.

nem sistunt aluum, aut in pauca quantitate, propriè dicuntur fontes, quorum aqua melior est vtplurimum aqua fluminum, siue fontes hi fluant, penes fluxum differentias aquarum, infrà inuenies loco proprio: siue non fluant, sed eorum aquæ colligantur in ambitum vel aquæ paucæ, hęc proba est, si in loco colligatur, vbi scatet è terra: vel multæ aquæ, obest & febricitantibus, & quibus bilis redundat, vel supernè vel infernè.

Tab. 6. Subterraneis aquis vtimur haustis, dũ profluunt per ima terrarum, seu eis vt appareant prospexerit natura aliquo chasmate, seu ars, vt inter effodiendum sint repertæ, sunt adsimiles fontibus, quibus fruimur statim à scatebra, vel collectis in puteis, quarum differentiæ hinc desumito. Putei sint aut non profundi horum aquæ prauæ sunt, siue extrahantur continuò, sæpe, nunquam, omnibus hęc est deterior. Aut profundi effosi in concauo & æstuoso loco, densæ & crassæ sunt eorum aquæ: vel alibi, arctè effosi, putrem aquã continent: ampli, si ab his continuò hauriatur aqua, erunt aquæ tales bonæ, quales optimorum sunt fontium, si sæpe aquã continebunt mediocrem in bonitate, si nunquam, aqua hæc conclusa erit, terrea, & pra-

& praua supradictarum respectu. Fōtium omnium scatentium è terra vel in pauca, vel in multa quantitate differentiæ in prauitate & bonitate indicabuntur ab animalibus in aquis viuentibus, in Tabul. 9. à plantis in aquis nascentibus in Tab. 8. & & à locorum, per quos aquæ vel fluunt, vel morantur, vel insurgunt, natura, in Tabul. 7. & situ, penes quem vel aspiciunt dum exiliunt oriens, sunt omnium optimæ: septentrionem, secundum inter has aquas locum tenent: occidens, tertius his locus datur: meridiem sunt dictarum pessimæ. Vel positæ sunt sub plaga orientali, vel circa arietem, sunt in primo & supremo ordine bonitatis: vel Taurum, in secundo: vel pisces, in quarto. Vel sub plaga septentrionali circa geminos, in tertio: cancrum, in quinto: leonem in sexto. Vel sub occidentali plaga circa virginem in septimo: libram, in octauo: scorpionem, in nono. Vel sub plaga meridionali circa capricornum in duodecimo: aquarium in decimo: sagittarium in vndecimo loco probitatis.

Indicatur aquarum prauitas & contrarium à loci natura per locorum species & qualitates, hæ locorum speciem sequuntur, erunt vtputa pinguedo terræ, salse- Tab. 7.

do,& aliæ qualitates, quæ cum ſpecies ſequuntur, erunt aquæ penes has, quales à terrarum ſpeciebus fieri dicemus. Secundum locorum ſpecies, locus erit vel fodinas habens & metalla, in Tabul. 11. & 12. vel lapideus qui aut liquabuntur ab humido vel etiam calido, prauas dant aquas, aut non liquabuntur, hos ſaxa dicunt, dāt aquas duras & frigidas, vel æſtuoſas & exiccatas, minuti lapilli minus reddunt aquas participes dictorum qualitatum, ſint vel ſabulum vel glarea, mole maiores glareis duriores aquas præbent, præſertim quò maiores ſunt lapides. Vel erit locus terreus, cuius ſunt quinque ſpecies, duæ non veræ ſunt lapidibus referta, & arenoſa, hæc etſi æſtuoſas contineat aquas, tamen minorem æſtum parit, quàm ſabulum & glarea. Tres reliquæ ſunt veræ terræ ſpecies, terra pinguedinis expers indicat aquam non laudabilem: terra pinguis deducatur in argilloſam, cuius craſſæ ſunt aquæ & viſcidæ, in Gypſeam craſsiſſimæ & æſtuoſæ, in cœnoſam, omnium peſsimæ. Pura terra quæ media eſt inter pinguem & non pinguem, aquas meliores indicat.

Tab. 8. Plantæ naſcentes in aquis, indicabunt aquas vel probas odoratui iucūdiſsimę & guſtui,

gustui, verùm non omnes, sed mundissimæ & solidæ substantiæ, nec non odorum expertes capillus veneris & adyanthus. Vel improbas, earum aliquæ quæ frondium sunt latarum & lenium, quales Nymphea & plantago aquatica: lõgarum frondium arundines: non latarum neque lenium lenticula aquæ. Secundo quæ gustui sunt iniucundissimæ. Tertio, fœtidæ omnes, siue praui & ingrati sint odoris, siue illuuiem quandam circa se contineant, vel spumam & ampullas cuiusuis coloris, spuma etenim aquarum indicat crassitiẽ & visciditatem, vel naturam ipsarum terream. Inter probas & improbas medias indicabunt sitimbrium & siuum.

Animalia in aquis degentia considerẽtur, an in aqua plurima non viuant, reliquis non contradicentibus non conducet vitæ hominis: si viuant, erunt aut pauca numero vel plurium formarum, in quibus temperatæ formæ bonitatem aquarum indicant, prauitatem intemperatæ: vel paucarum specierum, inter quas intemperatæ excedentes maiorem malitiã demonstrent, aut numero multa vel specierum plurium, vel paucarum, in quibus eundẽ ordinem diuisionis intelligito, qui iam iam dictus est, singulis eadem competit diuisio. Tab. 9.

Tab.10. Si aquatilia in pauca aqua vitam non degant, ratione vel ipsius aquę praueę qualitatis cuiusmodi sunt perplurimæ, prauissima aqua est: vel loci in quo manet aqua cultionis, vel coarctationis vt aquæ paucæ scatebræ in pauco ambitu nihil indicabunt in ea non viuere aquatilia. Quod si in aqua pauca vitam degant pauca vel multa aquatilia seu numero, seu specie vt si paucarum vel multarum sint formarum, seu & numero & specie, possunt modo suprapoſita hîc dicenda disponi. Hoc solùm animaduertendo, quòd si plura aquatilia depurgent aquam à multis defædantibus, eam tamen, quæ pauca est & purissima, inficiunt.

Finis secundi libri.





LIBER TERTIVS.

DE AQVARVM FODINARVM NATVRA ET FACVLTATIBVS.

CAPVT I.

Vnde sint facultates aquarum egressarum ex fodinis, & illæ facultates cur diuersæ sint.

REDEVNDO ad aquarum diuersos effectus, à natura locorum, per quos labuntur, quod in hunc librum omissum erat, diuersis speciebus per differentias prius cōstitutis, earum effectus, effectuumque causæ (à principio sic instituto ordine) perquirentur. Facultates, quas operantur aquæ, sunt aut per se, aut per miscibilium formas: formæ aquis quæ miscentur, de quibus sermo nunc est, sint omnia in visceribus terræ morantia, quæ aquis addita, fiunt potius medela morborum, quàm apta nutrienti cibo. Plurima ho-

Facultates vnde aqs aduenia̅t.

Fodinæ aquis miscēdę quid sint.

rum à Græcis metalla dicuntur: aquam futilem à Platone, duo ipse posuit aquarũ genera, vnum humidum, alterum fusile: Galenus verò reposuit metalla inter terrarum species, nõ est hoc huius negotij. Facultates metallorum in iisdem terræ visceribus, additæ aquis humidis, illam deponunt in aquis potestatem, vt vtrorumque vis naturæ reddatur opitulatrix contra morbos. Acquisita hæc aquarum temperies non vna est, quoniã variæ sunt metallorum formæ, eorum quantitates, & qualitates nõ eædem. Vnde harum aquarum aliæ magis, minus aliæ præstabunt, diuersis potestatibus fulcitæ, opem naturæ. Intensiores fodina qualitates referẽs, easdem imprimet in aquas: non eodem modo calescit aqua si intensiori exponatur igni, quo si remissiori: alias facultates habet ab igne quæ ebullit aqua, etiam ab ebullitione, alias quæ tepescit: aqua cineris vel calcis exiccabit vretque magis, quàm aqua sulphuris & nitri. Si plures formæ in fodinis existant, aquarum potestates hinc inde multipliciter extrahentur, ab illarum formarum iunctis qualitatibus. Quæ vis aqua puta ferrea eandem qualitatem & facultatem habet cum inhærentibus fodinæ qualitatibus; verum

Aquarum duo genera.

A forma miscibiliũ

A qualitatibus miscibilium.

cum

cum Sauanarola non conuenio in his, in quibus hallucinatus est in libro suo de Balneis, dum aluminosam aquam, caliditatem & siccitatem excedentes in 3. obtinereputabat, quia eiusdem naturæ alumen est. Dum sulphuris, vel alterius, & aquæ mistio conficitur, sulphur alias à suis qualitates habet in aqua, sic aqua in sulphure, tamen non diuersas eorundem, sed refractas per qualitatum componentium contrarietates: & magis minusue intensas, per copiosiorem & defectiorem fodinam: ampla etenim fodina largiorem potestatem tribuit: aqua quò pluries extinguit ignitum ferrum, aurum, vel quid simile, non eò magis aget secundum illa? aluminis aqua exiccabit magis, quàm nitri, nam alumen siue in 2. siccet vt Auicenna, siue in 4. vt volunt aliqui, magis exiccabit quàm nitrum exiccans in 2. hoc erit à miscibilium forma: verùm si addatur formæ magna aluminis fodina, magis etiam non exiccabit quàm si pauca? ratione inquam insuper quantitatis immixtæ fodinæ? hoc nulli non est clarum. At aquarum potestates non tantùm absunt inter se propter formarum dissimilitudines, vel varias earum quantitates & qualitates, vt ante

A quantitate miscibilium.

cap. 68. can. 2.

dictum est, sed etiam propter inuicem mixtionum varietates: diuersæ mixtiones non nisi varias tribuunt mixtis facultates: Hippocr. in lib. de vet. med. panis datur in ignem & in aquam, singula panem componentia propriam naturam habent, dum in compositionem veniunt, aliquid illarum facultatum, naturæque illius abiicitur, aliud per illam compositionem temperatur: nec fit hoc solùm, sed diuersam in pane miscibilium tum proportionem, tum pluralitatẽ sequitur temperies diuersa, vt in pane ex aqua nimia, nimioúe fermento collato: vel si etiã in horũ collationem detur semẽ papaueris ad somnũ alliciendũ, vel anisorum semẽ ad vrinã admouendã, vel lac ꝓ aqua ad concitandã aluũ: dissimilitudo mixtionis cui dubiũ, quin afferat diuersas iã mixtis potestates. Hanc mixtionis varietatẽ maximè ignotã putes in fodinarum aquis, quam tantùm coniectura consequi decet ex aquarũ vsu. Modi igitur per quos miscentur in meatibus terræ aquæ, & fodinæ metallorum different inter se, tum propter eorum inuicem proportionem, tum pluralitatem. Proportio ea sit, vt si aqua pauca labatur per fodinam amplam siue exiguam: vel pauca fodina, vel multa, multam aquam recipiat. Plu-

A modo mixtionis.

Epilogus.

Pluralitas, vt si formæ fodinarum specie plures habeant aquam modicam seu copiosam : vel non multæ fodinarum formæ, vel vna tantum aquam habeant multiplicem, vt in supradictis differentijs. Aquæ quas acquirāt facultates, ab his mixtionum varietatibus, ex eorum speciebus colligito, quæ miscentur aquis, qualitatibus, & quantitate. Inuestigabuntur hæc in sequentibus, vt formæ inter se distinctæ, signis manifestissimis cognoscantur. Nunc accepisse sit satis potestates mineralium aquarum, vndè & cur diuersæ consistant.

SVMMA CAP. I.

1 *Facultates metallorum in aquis sunt per fodinas in visceribus terræ.*

2 *Facultatum varietas aquarum metallorum est à metallorum specierum, qualitatum, quantitatis, & horum mistionum dissimilitudine.*

3 *Quales fodinarum formæ, tales sunt in aquis.*

4 *Non eadem numero sunt fodinarum qualitates in aquis, quæ sunt in metallis.*

5 *Intensior fodina, vel etiam ampla dat aquis intensiores qualitates.*

6 *Per mistionum varietatem, fodinarum aquæ differunt in eorum inuicem proportione & pluralitate.*

7 *Proportio spectatur in aquarum & fodinarũ inter se vbertate ac defectu.*

8 *Pluralitas autem in aquarum & fodinarum inter se singularitate & pluralitate.*

CAPVT II.

Quæ sint ex fodinis, & quot quæ misceantur aquis, vt hominis naturæ conferant.

Metallorum quid. Gal. 9. de simp. med. fac.

CVm aquis quæ miscentur fodinæ, quas formas diximus nõ metallorũ tantũ, cũ omnia nõ sint metalla, metallica dicũtur, quorũ generatio in metallis est, μέταλλον græcè fossionẽ præ se fert, in terræ igit venis effossa sũt metalla: bitumẽ fodinã nõ habet, non effoditur cũ supnatet aquis, veluti quædã pinguedo terræ, à terrę venis in quibus est cũ aquis defluẽs: sed cũ nullũ eisdẽ vniuocũ genus sit cõmune, & metallorũ formæ sint, hoc est fodinarũ, & aliarũ terræ vel aquarũ specierũ & qualitatũ: quę cõmuni nũc vocẽtur vocabulo, formę metallorum, fodinæ, & metalla. Enumerãtur ab Hi. taliũ num. 9. ferrum, ęs, argentũ, aurũ, sulphur, alumen, bitumẽ, nitrũ, & sal: ex his relinquũtur ab Ae. & Pau. argentum & aurũ: positis ab Hi. addunt plurimi de balneis conscribentes, cinerẽ, calcẽ, plumbũ, & gypsum, dementes aurũ & argentũ. Numero hæ sunt omnes 13. formæ. Aquarum nõ meminit Hi. cineris, calcis, plũbi, et gypsi, quoniam si ferri, sulphuris, & aluminis aquæ sunt magis aptę potui, tamen dãnan-

Formæ fodinarum quot aquis misceãtur. Aet. c. 167. ser. 3. Paul. cap. 52. li. 1.

das censet, eò magis illarũ pessimæ dãnentur, quales erunt ab Hipp. relictæ. Facultates aquarum auri & argenti non pertractant fortasse putantes contra Hip. eorum qualitates in aquas non dimitti, quoniam densa sunt mixta, propterea Auic. scobem auri cõsulit. Ab omnibus relinquũtur minij formę tum Ser. quod miniũ est sandanaca græcorũ: tùm Diascoridis minij, quod est cinnabrũ, argenti viui, Auripigmenti, dicitur à græcis arshenicũ ex cor. cœl. & aliæ huiusmodi species, quoniam vitã exhauriunt, vt viridis æris aqua, & calchanti, viride æs adeò aperit venarum orificia, vt sanguinẽ ducent per anũ eius; aquę, per mictũ, & per sputũ: calchantum pulmoni est infestissimũ. His in præsentia relictis, cũ nullũ præstent naturæ vsum, 13. tantũ simplices euoluantur iam dictæ formę. Quarum cõplexus multiplices in aquis decernũtur vt sulphuris, aluminis, & nitri, sic de reliquis: Quotquot sint metallorũ tales concursus, si nõ nisi ex supradictis 13. cõponantur, cũ omnia inuicẽ cõmisceri valeãt, esse reperies cõcursuum discrimina, quod ex 13. numero conflari solent: In quibus & similbus omnibus ex mathematicis hæc regula depromitur. Ex posito numero minor vno sumendus est, deinde cũ hoc exaggerãdus qui

tr. 2. lib. 2. cap. 75.

cap. 5. lib 5.

Cõcursus fodinarũ in aquis quot diuersitates assequi possint: ex hac regula.

qui fuit à principio sumptus : vel etiam exaggeretur ille minor vno numerus, cum toto numero à principio constituto : tunc illius aucti numeri medietate detracta, quot reliquę medietatis relinquuntur numeri, tot erunt popositorum complexus. Veluti in hoc proposito erunt formæ talium aquarum numero 13. minor vno sumptus erit 12. per hunc 12. numerum, duodecies repetitus numerus 13. vel 13. repetitus 12. numerus, vnus & alter complebit numerum 156. cuius medietas cum sit 78. numerus, erunt igitur numero in aquis, omnes talium formarum 78. complexus & misturæ : quarum facultates ex simplicibus, quæ erunt 13. tantùm, quis desumere non difficile poterit.

SVMMA CAPIT. II.

1 *Formæ metallorum, de quibus est hic agendũ, erunt numero 13.*

2 *Metalla & si effoßionem notent, dicantur tamen de his hic etiam, quæ non effodiuntur.*

3 *Formis illis 12. cum nullum commune genus insit, dicantur fodinæ metalla, & formæ, seu species metallorum.*

4 *Metallorum formarum complexus in aquis, explebunt numerũ septuagesimum octauum.*

CAPVT

CAPVT. III.

An à natura hominis abijciendæ sint aquæ metallorum.

QVas posuit Hipp. aquas ex fodinis, contrarias dicebat egestioni & mi- ctui, duras, malas, & æstuosas: ab alijs Medicis cæteræ annexæ dictorum pessimæ sunt. Constitutionis huius igitur aquæ cunctæ optimarum aquarum respe- ctu, vim naturæ inferentes, naturam de- primunt. Tamen experientia compertum est, easdem positas ab Hipp. non solùm nõ obesse naturæ, sed penè omnium morbo- rum generibus suum ipsarum præsidium polliceri: eosdem mira celeritate vel obtũ- dendo, vel propellendo, per sudores, vri- nas, aliasque euacuationes euidentes & insensibiles obterunt. Cæterum intelli- gantur dicta Hip. vel ad sanum hominem relata, cui quidem sunt æstuosæ, malæ, & duræ, non ad ægrum, huic enim compe- tunt, cùm eas ibidem ægrotantibus ipse consulat: veratrum, aliaque pharmaca be- neualentibus periculosa sunt, cùm sanita- tem afferant ęgris. Vel in solis vnius formę assumptis fodinarum aquis, veluti Sulphu- ris tantum, aluminosis tantùm, quibus nõ vtimur

In lib. ae. aq. & loc.

Subſtãtia.

An auxilientur naturæ fodinarũ aquę.

Quibus conueniãt.

vtimur nisi solùm pro ablutione in thermis: secundo modo intellecta nullo modo conueniunt in potu, propterea primus sensus aptior sit secundo dictis hic ab Hippocrat. Mistas autem formas in fodinis asciscentes aquæ, earum pro potu misturæ oportunæ sunt in aquis, singulæ ferè singulis pluribusuè morbis, & in curatione & præseruatione, quod cum vsu pateat, non est quid hoc pluribus ostendatur. Abijciãtur igitur à natura hominis secundũ optimã constitutionem se habẽtis: & mala valetudine laborantibus conferre dicantur.

SVMMA CAP. III.

1 *Aquæ omnes fodinarum, vnam tantùmmodo fodinam retinentes vsui pro potu non sunt commodæ. Sed pro ablutione.*

2 *Temperationem plurium specie fodinarũ habentes aquæ commodiores sunt apud naturam.*

3 *Omnes per se singulæ fodinarum aquæ malæ sunt, quas posuit Hip. duræ & æstuosæ.*

4 *Quas alij posuerunt, horum pessimæ sunt, vt cineris, calcis, plumbi & gypsi.*

Tamen conferunt ægris omnes fodinarum aquæ & in præseruatione & curatione: sanis nullo modo.

CAPVT IIII.

Quem vſum præſtent in re medica fodinarum aquæ.

QVam conferentiam naturæ hominis, metallorũ aquæ præbeant, in his prius generatim, deinde in qualibet metallorũ forma aquis adiuncta ſingulatim, quis facile cõſpicare poterit: poſt hæc nõ leui coniectura pendentur modi, quibus metallorũ ſpecies conijciemus in aquis. Aquæ omnes exiccãt ex metallis iã egreſſæ: à grauiſsima terra hanc exiccandi poteſtatem aquas imbui patuit, dum aquis tributæ ſunt qualitates, per terræ differẽtias pinguis & non pinguis. Verùm aliæ calefaciendo exiccãt, aliæ infrigidando: calefaciendo exiccãt ſulphureæ, bituminoſæ, aluminoſæ, æneæ, ſalſæ, nitroſæ, cineris, et calcis, nõ tamen eodẽ ordine, aquarũ calcis & cineris ea eſt calefactio, vt vrant, & moleſtius mordicent, quàm ſalſæ, nitroſæ adhuc minus: ſalſæ fodinas habẽt ſalis gẽmæ, hoc Sal dicitur etiã coſtum, minerale, & metallinũ. Inter has quæ califaciẽdo exiccãt, aliæ laxãdo emolliũt, bituminoſæ et ſulphureæ, ſed bituminoſę magis, penetrãt magis ſulphureę, diſsipãt, attrahũt, & extergunt;

Tẽperies.

cap. 21. li 2.

Calefaciẽdo exiccãtes.

Illarum ſecundæ qualitates.

gunt: effectuum omnium participes fiunt, quos valdè acria pariunt. Aliæ densando adstringunt aut valida adstrictione, qualis aluminosarum est: aut leui, qualis salsarũ, nitrosarum, & calcis: Nitrosæ & salsæ inter laxantes & adstringentes medium locum tenent, & quæ ex ijsdem extremis in dicta differentia cõponuntur, vtpote Sulphurea aluminosa. Quæ densando adstringunt, si primas qualitates habeant caliditatem & siccitatem, abstergunt, contrahũt & consumunt, salsi saporis effectus inducentes. Refrigerando exiccant argenti, plũbeæ, ferreæ, & gypseæ: omnes adstringunt ferreæ potentius plumbeis, quã gypseæ autem non, contrahunt, obturant, incrassant, pontici, seu acerbo sapori conuenientes effectus: vnde fluxionibus, humoribus calidis & humidis, aliquando etiam siccis tenuibus, partium relaxationibus, apertioni pororum, venarũ orificiorũ dilatationibus, & receptaculorũ, succurrunt. Siquidem caliditati frigiditas opponitur, fluxui adstrictio, tenuitati crassities, & relaxioni cõtractio. Gal. indicationes curatiuas in febribus putridis recensendo, circa morbi causam attenuantibus crassitiem tollendam esse monet: lentorẽ & glutinositatẽ extergentibus; multitudinẽ euacuatione.

Refrigerã-do exiccã-tes.

Illarum secũdæ qualitates.

Cap. 13. lib. 11 met.

Aquæ fodinarum quales quibus morbis cõueniant.

tione. Circa morbum calida frigidis,& è contra: humidis ſicca,& vice verſa : obſtructionem recluſione. Sit eadem intentio circa morbi cauſam ſimul & morbum, putredinem excretione, refrigeratione, ventilatione,& concoctione ſemiputridorum humorum. Nec non circa ſympthomata & morbi cauſam, tranſpirationis detentionem excretione. Per hæc ex fodinis aquæ calefacientes & exiccantes, morbis frigidis & humidis, etiã à melancholia ſubuenient, ipſius craſsitiem,& pituitæ viſciditatem incident, & abſtergent. Præſtabunt denique omnia non ſolùm in putridis dicta, ſed etiam ſi morbus non ſit putridus, non vnus tantùm fodinarum complexus, ſed diuerſi diuerſa præſtantes in aquis. Dum in ſequentibus per ſingulas fodinarum formas, poteſtates indagabũtur, illarum aquæ,& ſi non vnius tantum fodinæ aquas aptas potui decreuerimus, conſulentur tamen, vt ex hiſce poteſtatibus dum in vnitatem cum alijs veniunt ad aquas, horum miſtorum facultates apprimè pateant. Modus vſus talium aquarum, ijs hic relinquitur adminiſtrationibus, qui apud eas commorantes earum ſunt apprimè conſcij poteſtatum. Certiſsimum eſt in omnibus, eas nõ fore adeũdas oppleta al-

Vſus aquarum ex fodinis.

uo, nisi reiectis prius in aluo existentibus, totoq; corpore superfluitatibus: nec quocunq; anni tẽpore conueniens est vsus earum, vt calefacientium & exiccantium in æstate, refrigerantium in hyeme, at secus in his agatur: cum vere & autumno earum omniũ conducat exhibitio, verũ vere magis, autumno minus: in reliquis anni tẽporibus agatur per contraria & ipsi tempori, & morbo. Sufficiat nunc quales quibus cõueniant morbis pertractare, quomodo, & quando, per potestates quas habent. Iá igitur vniuersalibus tactis, addãtur singulariũ potestates in singulariũ plurimos morborũ, vt eorundem exemplo, in reliquos, qui relinquuntur, non ignorentur eędem, similesque potestates.

SVMMA CAP. IIII.

1 *Omnes aquæ fodinarum exiccant calefaciendo aut infrigidãdo, aliæ tamẽ magis, aliæ minus.*

2 *Aquæ sulphureæ, Bituminosæ, & omnes valdè acres attrahunt, penetrant, dißipant, & extergunt.*

3 *Salsæ & calidæ omnes adstringentes aquæ densando, adstringunt, extergunt, contrahunt, & consumunt.*

4 *Ponticum saporem referentes aquæ contrahũt, obdurant & incrassant.*

5 Inter

5 *Inter fodinarum aquas, aliæ laxãdo emolliunt, aliæ densando adstringunt.*

6 *Morbus cum contraria indicet in curatione, aufertur à contrarijs sibi potestatibus aquarum.*

7 *Aquæ fodinarum potandæ, euacuata aluo.*

9 *Non quolibet anni tempore omnes conueniunt, sed in vere & autumno.*

CAPVT V.

Sulphureæ aquæ quid possint.

TErræ quędam pinguedo sulphur est, pinguis humiditas inspissata ac exiccata à temperata decoctione in sulphuream essentiã: qualitatis calidæ & siccæ ad 4. vt censet Auic. non sunt propterea ca. 612. li. 2. ex suprapositis in ijsdẽ qualitatũ gradibus consortes sulphur, & aqua sulphurea: cohibẽtur sulphuris caliditas & siccitas ab aquę Tẽperies. frigiditate & humiditate, quę pariter cohibẽt à sulphuris qualitatibus, in ijsdẽ ipsius meatibus: simul iũctæ omnes & aquarũ & sulphuris facultates inuicẽ confunduntur, & coercentur, vt earũ numerus difficulter reperiatur in aqua, etiam sensu iudice propter fodinarum & aquarũ latitudines nobis ignotas. Sicuti cineris aquæ, sint eiusdẽ vsti cineris, per multum cinerẽ fiunt magis qualitatis participes, minusq; per paucio-

Secundæ qualitates harum aquarum.

rem, ita & reliquæ metallorum aquæ. Per sulphuris fodinas assumptæ potestates ab aqua siue thermarum, siue sit apta potui, vt reliquis admistæ, hæ longè illas excedant, sunt extra deducendi quæ intrinsecus officiunt, resoluendi attrahendo, & attenuando abstergēdi. Dolores capitis diuturnos siue hemicranea id est affectio dimidij capitis, siue cephalea sit, vel cephalgia in qua affectæ partes nō ita imbecilles fiunt, vt in cephalea, dūmodō à pituita, vel etiam à melancholico humore ortū habeant, obtundendo propugnant. Aurium aduersatur aqua hæc & tinnitui, siue sibilo, ac dolori, lippitudini, & suffusioni: corizę, polipo in naso: fluxui etiam ex ore humiditatis, vuæ, tonsillarū, gingiuæ affectionibus, dentiū doloribus, nisi à corrosione sint, ac moueantur, tūc euellēdos fore, docet nos Hip. Neruorū & musculorū doloribus etiā antiquis, sint vel repletione, vel nimia frigiditate, vel calli obductione affecti. Opitulatur etiā paralysiæ, cū scilicet vel dextrū, vel sinistrū latus motū deperdit & sensum: paraplegię resolutioni, oris torturę. Quoscunq; putres humores, vel crassos, exiccare valet. Ex pectore educit sanguinē putridū, & saniē, orthopnœam curat, asthma, tubercula in pulmone aqüea, tussim humidam.

Capitis qbus morbis præsto sint.

In li. de aff.

Gal. cap. 4. lib. 3. de loc. aff.

Vētris superioris.

dam. Omnes præter naturam humores in stomacho desiccat, nauseæ, pituitam vomentibus, frigidis & humidis, ventriculo, hepati, & lieni opem præstat, eorumque delet apostemata, dolores icteritiam: appetitum reparat, ac deprauatam formam: dolorem cholicum sedat, & nephritidem, diuretica enim est, & litátriptica, id est, calculos minuens. Iliacæ pasioni, vermibus confert, & voluulis cum pituita colligitur circa egerenda in intestinis aceruatim cōbusta. Zenotica, imbecillis si sit, lienteriæ tamen confert, cum pituita descendit à capite, vel à superiore ventre. Stranguriæ, id est, vrinæ stillicidio, ischiadi, artuum doloribus, apostematibus, duritiebus, podagrę, chiragræ auxiliatur, & genugracæ. Diaphoretica est, ac etiã, quoniam exiccat, sudorem aufert. Scabiẽ vlcerosam, morpheam, impetiginẽ deglubitã & non deglubitã curat, & eam quæ serpit. Elephantiasim, seu lepra sit, secũdum iuniores, seu tumor pedum & crurum, vt Rhasis, & omnes gręci dicũt, pustulasque omnes euenientes in cute aufert & pituitam albam. Affectibus vteri iuuamen affert ac doloribus eius, pręsertim à pituita exortis. Alba menstrua curat, & aliquando infæcunditatem, quoniã superflua consumit, & si sulphuris suffitus

Medij ventris.

Cutis.

Vteri.

educat fætum. Ad hæc omnia potens eſt fodinarum aqua, in qua excedat ſulphur. Non mirum ſi tantis virtutibus ex pollente ſulphure decerpant Empirici aquam illam, quam dicunt oleum de ſulphure.

SVMMA CAPIT. V.

1 *Numerus qualitatum ſulphuris in aqua non eſt in quarto.*

2 *Aqua ſulphuris educit extra corpus nocua, reſoluit, attrahit, attenuat & extergit.*

3 *Diuretica, Zenotica, & Diaphoretica eſt.*

4 *Affectibus frigidis capitis, pectoris, ventriculi, iecinoris, lienis, vteri, & neruorum ſuccurrit.*

5 *Curat cutis affectiones.*

CAPVT. VI.

Bituminoſarum aquarum effectus.

NAphtha, oleum petroleum, ſtercus demonũ, bitumen, & aſpalton, non ſunt nomina ſynonyma, vt Matthe-
In pand. cap. 106. us Syluat. cenſuit, apponens non aliud diſcrimen inter ea, quàm quod naphtha vel antiquũ eſt, coaleſcens vt redigatur in pulueré, tunc bitumen dicitur oleum petrole-
Ca. 177. ag. um. Sed ſecundum Ser. naphtha eſt oleum petroleum, bitumen autem ſeu aſpalton ſpecies

species naphthæ : horum naphtæ scilicet & aspalti capita seiuncta posuit Dios. Præterea bitumine, quod aspaltũ est supernatans aquis in caua Syria, Phænice, Sydone, Zachinto, Babylone, & Sicilia, quia liquidũ est, vtuntur illi Siculi olei loco in Lychnis: bitumine naphtha dicto, qualitates similes habente, quas habet scatens in pluribus Italiæ locis, præsertim apud Mutinates in Gallia Cisalpina, vti non possumus olei loco in lychnis, quoniã ignem ad se trahit, vocatur hoc oleũ petroleum & de Saxo. Nomina hæc & si non sint synonyma, tamen ferè in omnibus facultatibus concurrũt. Bitumine calidius & siccius est sulphur, siue bitumẽ calefaciat & siccet in 3o. vt credidit Auic. siue in 2o. ordine vt voluit Gal. hæc sunt bituminosarum aquarũ peculiaria. Naturæ contra distillationes opem ferũt, dum distillationes dico, fluxiones omnes intelligantur propter frigus, quas enumerat Hip. à cerebro ad aures, ad oculos, ad nares, guttur, palatum, medullã spinalem & sanguinem. Squinantiæ obsistunt, & ambarum amigdalarum apostematibus, & si repleant caput impediendo sensus: collectice, id est, glutinatiuę virtutis existunt, propter quod & apostematibus, & vulneribus õnibus cruẽtis, vlceribus pul

Cap. 80. li. pr. & 82.

Tẽperies.

9. de sem. med.

Quib9 locis & morbis occurrant.

In lib. de glan. & de loc. in ho.

monis & pectoris præsidium præstant, inde saniem per sputũ educendo, disnoicis, asthmatibus, & orthomicis, humidam tussim sedando & à frigiditate. Per eas calescit medius venter infrigiditatus : cruditas & flatus dissoluũtur in eo in intestinis, & vesica: potenter flatus discutiunt: vermes interficiunt: cęliacam passionem, dyssenteriam, & coxendicum morbũ auferunt. Neruos frigida affectione laborantes, vt etiam si indurati & conuulsi longo tempore fuerint, calefaciant, & emolliant, eosque humiditate repletos exiccent, & extendant. Podagræ & arteticis passionibus subueniunt: membra frigefacta restaurant: vteri frigiditates propugnant, & durities: stericis occurrunt: subleuant prolabentes vteros: menstruis imperant. Impetigines tumoresq; reprimunt: strumas emolliunt & resoluunt: sanguinem discutiunt in cauitatibus coagulatum. Venenisque mirabilem præstant effectum, vt per Aet. liberet bitumen ex morsu canis rabidi timẽtes aquas.

SVMMA CAPITIS VI.

1 *Bituminosæ aquæ sunt collecticæ potentiæ.*
2 *Refrigeratis membris omnibus occurrunt.*
3 *Fluxiones à cerebro & aliundè curant.*
4 *Flatus discutiunt.*
5 *Neruos ac tumores emolliunt & exiccant.*

CA-

CAPVT VII.

Operationes aquarum nitrosarum.

AQVAE, in quibus excedit nitrum, quoniam calidum est & siccum in fine secundi, easdem habent in inferiori gradu qualitates, quæ & secundæ, & tertiæ, earumque sapores aquarum appropinquant salsis aquis. Nitrosę multùm detergunt, non stypticæ sunt adstringentes, nisi leui adstrictione, crassos humores & viscidos incidunt, atque dissipant, humores deprimunt fluētes ad caput & desiccant: expellunt resoluendo flatus à cerebro, sonitum aurium propterea compescentes, humores insuper extenuando profluentes ad eas, quas emundando aperiunt ad sorditatis ablationem, vnde inter otica, id est auricularia medicamenta meritò locum teneant. Obsunt ventriculo, quem ab eis corrumpi posse vult Auic. vomitum mouent, tamen flatus exigunt in ventre medio, & inferiore existentes, vt inducant pungitiuum dolorem: vermes necant, & educunt etiam foris illitæ. Neruorum cruciatibus, conuulsionibus, opostotono, paralysi præsertim linguæ medētur. Hydropisi conferunt, Morphea, scabie, & pruritu laborantibus subueniunt

Tēperies.

Secundæ qualitates

Capitis morbis.

Medij & inferioris ventriculi.

non solùm detergendo, sed etiam in cute humorem illum alterando. Curant à fungis præfocationem, morsum canis rabidi, & cantaridùm potum.

Veneris.

SVMMA CAPIT. VII.

1 *Nitrosæ aquæ sunt inter otica medicamenta.*
2 *Extergunt, incidunt, dißipant, exiccando.*

CAPVT VIII.

Salsarum aquarum opera.

DIcentes acres, salsas aquas, errant manifestè, nam acria absunt à salsis, & si vtraque calida sint & sicca. Detergunt salsa, contrahunt, abluunt, adstringunt, & absumunt humidum, cui obuiam fiunt: acria mordicant calidiora cum sint, attrahunt, aperiunt, incidunt: si sint igneæ substantiæ, vt Euphorbium valentius, si autem aqueæ, vt cæpa & alliũ, minus, maximè gustum inficiunt acredine. Prouenit acredo à calido igneo, inter sapida nullum acribus calidius, quorum finis est vrere. Salsedo verò aut quando cum re amara exusta permiscetur insipidum, aut quando quid aqueum putrescit vel aduritur. Quàm nitrosæ aquæ parumper hę magis calefaciunt, & siccant, tertium ordinẽ attingentes, cum illæ secundum non excedant.

Salsorum effectus.

Aerium effectus.

Gal. 4. de simp. med. cap. 17.

Salsedo vnde.

Tẽperies.

cedant: hinc salsæ stipant magis, detergũt minus, nitrosæ verò magis detergunt, & minus densant. Salsæ cathereticæ potentiæ sunt, detrahentes augmentum carnis in vlceribus, quod superfluum innascitur, auferunt, & resoluunt. Plurimũ salem habentes cauterizant. Aluum eas prouocare putantes imperitos vocat Hipp. eam potius ab eadem exiccando adstringi volens, quam ab ijsdem humectando liquari: collocatæ superiùs aquæ salsæ sunt inter adstringentes aquas & laxantes, ita vt verum sit, ab eis humidum in corporibus depasci, reliquis leuiter contractis, & aluum subduci: quomodo ab ijsdem depascatur humidum, & quales aquæ salsæ cieant aluum, iam hic inquisitioni detur locus. Hipp. in lib. de aff. salsa mouent vrinam, ac secedunt: & in lib. de loc. in hom. salsuginosa aluum subducunt: quomodo igitur imperitos dicere oportet æstimantes salsas aquas aluũ proritare? In Hip. doctrina, frigida & humida aluũ ducere certum est, vt multis in locis, & iá dictis & 2o. de Diet. de oleribus verba faciens: Cæterum si fuerint hęc humida dulcia magis adhuc, vt de ficubus ibidẽ: sic si salsedinẽ aqua superet, vt superetur siccitas salis ab aquæ humiditate, qua siccitate stipatur aluus & potata,

Secundæ & tertiæ qualitates.

An aquæ salsæ moueãt aluũ.

Salſa qbus modis aluum moueant.

cap.48 lib. 2. de al.fac.

potata, ſic iuncta cum humido, fit ei commoda, etiam in enematibus, an vt Galen. propter deterſionem? acria enim & ſalſa incitare vult aluum detergendo, at ſi ſalis fruſto vtamur pro ſuppoſitorio, an irritetur aluus non tantum deterſione, ſed & morſu in venas hæmorrhoidales? ab vtriſque profluit aluus. Natura modicè ſalſum appetit, & complectitur, eſt enim ſalſum ignis in aqua, ex quibus conſtat animal: valde ſalſa humectari cùm nequeant intus aſſumpta, nec igitur concoqui: valde ſalſas dico in quibus ſtipandi facultas & exiccandi potentior inſit, quàm abluẽdi & humectãdi. Eximunt igitur humidũ aquæ ſalſæ ex locis in homine, vel per accidens, aluum prouocando, vel contrahẽdo per exiccationem, ſic putredinem arcent, ab vlceribus auferunt putrem ſaniẽ, & ichorem: hinc adhibentur ad ſalſamenta omnia, abſtergunt, emundant abluendo, & exiccando: qua ratione fraudulentis vlceribus, & corroſiuis, medentur vbicunque appareant. Prohibent heriſipillæ, formicæ & abſceſſus augumentum, lapſusque humiditatum ad gingiuas antequàm vlcerentur. Apoſtemata hydropicorum, vuæ, tonſillarum, fiſſuras in cute, pruritum, ſcabiem, lepram, & impetiginẽ curant.

Quibus facultatibus exiccent aquæ ſalſæ.

quib⁹ preſto ſint & morbis, & partibus affectis.

curant. Earum ſolus vapor ſodæ frigidæ ſuccurrit. Capitis grauedini propter humiditatem, neruorum contuſionibus, lacertorum attritioni, paralyſiæ, ſegnitiei, tremori, ſtupori, omniumque neruorum affectionibus omnibus, podagræ, niſi ſint ex ſiccitate, medetur, cum in his partibus ad diſſolutionem cogant humidum. Affectibus mammillarum opitulantur ex embroca. Dolorem ventris pungitiuum epotæ, vel iniectæ per enema diſcutiunt: quæ ſi momorderint aquæ, ius gallinæ vel piſcium epotum mordicationem ſedat. Sãguinem reſoluunt ſub cute coagulatum, ſudorem aduocant, combuſtum locũ non ſinunt in veſicas attollere: pediculos necant. Venenis oppij & fungorum reſiſtũt: quinimò morſis à vipera, araneis, ſcorpionibus, præſertim à cane rabido confert quamplurimum, & adeò aqua maris, vt ab illis morſi, poſtquàm ſe in aqua maris abluerint, nihil amplius ſibi timeant.

SVMMA CAP. VIII.

1 *Salſedo fit quando aut cum re amara exiccata permiſcetur inſipidum: aut quando inſipidũ putreſcit, vel aduritur.*

2 *Salſæ aquæ ſunt cathereticæ, vel etiam cauterizantes.*

3 Ex-

3 *Extergunt, abluunt, adstringunt, contrahunt, & humidum absumunt.*

4 *Aluum possunt vel exiccando densare, vel abluendo proritare.*

5 *Salsum est ignis in aqua.*

6 *Salsæ aquæ si potatæ mordicent, tollitur morsus per iuris gallinæ, vel piscis potum.*

7 *Acria sunt substantiæ vel igneæ, vel aqueæ.*

8 *Frigida et humida quæ nō cruda sint aluū mouēt.*

CAPVT IX.

Aluminosarum aquarum potestates.

PAregoricæ sunt, id est, adstringunt aluminosæ aquæ, vnde stypteria dicitur alumē apud græcos, ab adstrictione inquá deducitur nomen, inest illi vehementissima secundum Gal. quam non sibi molitur propter frigiditatem & si Serap. omnia styptica dixerit à frigido cum sicco terreo, & Gal. asseruerit pr. catat. loquens de defluuio capillorum, vehementer refrigerare quæ adstringunt, alumen etenim calidum est & siccum in 2o. per Auic. Agunt Gal. & Serap. adstringentem tantum habentia facultatem: sapor adstringens in acerbum ducitur à Galen. & austerum, quæ diuisio est generis in species, dum autem de adstringentibus & mordacibus pertractat capite 6. libro. 4. de

Cap.2.lib. agg.

Cap 2. An omnia styptica sint à frigido.

Cap.21.lib. 2.de al. fac.

de med. fac. quod admiſtam adſtrictioni habet aliam qualitatem, miſſum facias iubeo inquit, atque illud ſumito, quod abſq; mordicatione conſtringat: tantùm igitur adſtringentia refrigerant, obdurãt, incraſſant, adſtringentia verò qualia ſunt alumen calefaciunt, exedunt, abſtergunt non niſi propter terream ſiccitatem, caloremque ipſis inhærentem. Ob id alumen Plin. ſalſuginem terræ dixit, propter quam terram, craſſarum partium eſt, & Stypat. Verùm in aqua aluminoſa, ſicuti in aliјs omnibus metallorum confringuntur ab aqua non ſolùm primæ aluminis qualitates, ſed & reliquæ propter primas: tamen adeò adſtringentem cenſeas, vt ablutum aluminoſa febricitauiſſe dixerit Gal. ſi per lauacrũ huius ſtipatur cutis, vſquequo corripiatur febre lotus, in potu ſtipabit magis viſcera, neruos, & carnes: per ſe igitur ſola vſui pro potu ineptiſsima eſt, ſicuti & reliquæ omnes, niſi temperiem inter ſe miſtæ adipiſcantur: hæc ponuntur, ſicuti dixi, vt ſimplicium viribus agnotis, compoſitorum nos non lateant poteſtates. Per ſtipationem ab aquis ſtypericis pars humoris exiccatur in ſtypanda particula, & pars introrſum pellitur, non exiccatur humor ab adſtringentibus tantùm,

Primæ & ſecundæ qualitates.

Cap. 15. lib. 35.

Cap. 2. lib. 8. met.

tantùm, vtrisque communis est coarctatio partium, ne amplius recipiant superfluitates & sanguinem. Hinc aquæ aluminosæ fluxionibus, quas catarrhum dicũt, apostematibus, & bothor præsidium pręstant: non intelligas bothor, vt exposuit Andreas Bellane. in interpretatione Arab. nom. variolas, sed eminentias, genus sunt eminentię variolarum, morbillorum, ampullarum, inflaturæ, & esserarum. Quicũque horum morborum fiunt à causa frigida, vel valde putri, per has aquas curari pos sunt. Fluxus adstringunt humiditatum ex auribus, & sanguinis, vndecunque exeat, per hęmorrhoidas, per vterum, siue sit lunariam purgationum, siue aliter, per gingiuas, ex quibus etiam pituitæ fluorem, inflationes, & putredines tollunt. Aurium doloribus, dentium, testium, & arteticis passionibus opitulantur, humorem eò allabentem exiccando & reprimendo. Edematosos humores depellunt: vuluæ apostemata delent, & eiusdem dolores, nec non existentes in eius collo scissuras: quã adeò exiccant, vt fœcunditatem prohibeant, & menstrui sanguinis fluxum. Scabiei, pruritui, vlceribus fraudulentis, & corrosiuis abstergendo & exiccando, putremq; carnem corrodendo, cancro, herpeti,

Quibus morbis.

Quibus partibus.

peti, heſtiomeno conferunt: detergũt obſcuritatem viſus: commotos dentes confirmant, & dolores eorum auferunt: ſtomachi & inteſtinorum doloribus occurrunt à frigiditate, à flatu, & à plurima humiditate. Vomitum ſedant, hydropicis conferunt, ſudoris auferunt fœtorem, alarum & inguinum fœtidos vapores reprimendo. Vngues leproſos, reduuias quas panariuium dicunt, excoriationes à frigore, & combuſta iuuant. Pediculos occidit & lendines.

SVMMA CAP. VIII.

1 *Omnia tantùm adſtringentia frigida ſunt, alumen tamen adſtringit, non quia frigidum cum calefaciat in 2.*

2 *Sapor adſtringens diuiditur in acerbum & auſterum.*

3 *In aqua aluminoſa ablutus febricitat propter obductionem pororum cutis.*

4 *Exedunt aquæ aluminoſæ, & extergũt, adſtringendo partim humorem exiccant, partim introrſum pellunt.*

5 *Fluxionibus ſanguinis præſtò ſunt, deſtillationibus, cutis affectionibus, & vteri affectibus.*

CAPVT X.

Cineris & calcis aquæ quam vim naturæ inferant.

L

Ignis facultas in terram.

IGnis ea eſt poteſtas, vt etiam in viſceribus terræ ea in quibus eſt, calefaciat, vrat, & vertat in cinerem. Hinc eadem terra diuerſas alterationes paſſa, diuerſas recipit differentias: in quibus omnibus tùm plurima ineſt eſſentia terræ elementaris, ſiccitas inquam & frigiditas, vnde communis eſt omnibus exiccatio, tum caliditas: quæ eis inerat à natura frigiditas, ab vrente igne ſuperata eſt, & etiam calidæ factę ſunt, per immiſtionem plurimam igneæ ſubſtantiæ: relinquitur ſemper in combuſtis, niſi acria ſint, ignitio quædam, quam Ariſtot. vocabat epyreuma. Combuſta in terræ venis rediguntur vel in calcem, ſi lapides fuerint, quorum cinis calx eſt, non niſi ſpecies cineris eſt calx: vel in cinerem, ſi fuerit aliqua terræ differentia, vel quid aliud. Ambobus, & cineri & calci virtus ineſt in ordine 4. calefaciendi & exiccandi, tamen calci intenſior propter ignem nimium, intenſior & plurimus ignis calci neceſſe eſt, vt lapides denſiſsimi comburantur, quàm cineri. Vtriſquæ etiam communis eſt earum ignearum & acrium qualitatum in aquas dimiſsio, ita vt prorſus aquæ adimant eas. Cineris aqua ignem omnemquæ qualitatem à cinere depromit, qui relictus eſt ab aqua cinis omnis

Tẽperies.

mnis frigidus est ac terreus ex Gal. cap. 2. lib. 9. de simp. med. propter quam caliditatem abstergit: nascentem carnem in vlceribus comedit. A siccitate autem stipat. Conuenit malignis vlceribus: antiquum fluxum sistit in enemate, iniecta. Paralysi confert, & doloribus neruorum: sed tamen cõnumeratur aqua cineris inter septica, id est, putredinem inducentia medicamenta. Rhasis eam laudauit in dolore splenis. Ad hæc omnia potentior est calcis aqua, adeo enim acris est, vt mordeat, & vrat, vsquequo inter escarotica, id est, vehementer caustica ponatur: Differunt hæc à septicis, nam ex escaroticis cum dolore liquefiunt carnes, vt obducant crustam, à septicis verò clam non obducendo crustas. Vtræque aquæ omnium subcutaneam humiditatem absumunt, quod gracilibus obest plurimùm: at quoniam mordent, scabiei, & reliquis cutis affectionibus non conducunt.

Secundæ ac tertiæ qualitates.

Quibus morbis.

Lib. 37. cõt

SVMMA CAP. X.

1 *Cinis & calx omnem eorum caliditatem deponunt in aquam.*

2 *Eorum aquæ septicæ sunt & escaroticæ.*

3 *Consumunt humiditatem subcutaneam, neruis conferunt, abstergunt, mordicant.*

CAPVT XI.

Aquæ ex fodina auri contra quid naturæ auxilium ferant.

Metalla ex quibus, & quomodo componãtur.

TErræ ſpecies aliquæ alterationem paſſę, vt terra non ſint, & humiditates in eis inſurgentes, compoſitionẽ nactæ, vt non ſint aqua, à calore aliis abiiciente per conſumptionem digerendo, adiiciente aliis digeſta terminando, nec non à frigido congelante, coguntur & cõpinguntur in vnum, vt ex ſimplicibus cõcreta, & ex concretis tota fiant in metallis. Compoſitionem hanc ex argento viuo conſtare & ſulphure opinatus eſt Auic. Hermes autem & Gal. ex elementis quatuor: Democritus ex calce, & lixiuio: Gigil autem ex cinere infuſo: ſit forma vel aurum vt Caliſtenes dixit perficiẽs reliqua metalla: vel terræ proportio ad facultates cœlorum, vt Plato: vel diuerſæ ſint formæ in quoque mixto, vt Empedocles: non illam materiam & hanc formam, ſed accidentalem, vt à principio fuit inſtitutum, perſcrutari huius eſt negotij, à qua forma & materia, quam ineſſe plurimam in hiſce miſtis terream, dictum eſt ratiocinatione deducta, ſingulorum in his omnibus ſi non ſingulæ, tamen plurimæ functiones con-

conſcribentur. Formæ auri materia dum compingitur, eam in his temperiem elementa ſortiuntur, vt æquior ſit temperie aliorum metallorum, non propterea non exiccabunt propter aurum aquę tales, aurum aquis eſt multo ſiccius: varias præterea acquirunt temperaturas ratione cum auro exiſtentium in fodinis, quod vſu venit etiam reliquis metallis. Auri fodinæ in regione hac cum non appareant, parùm vel nihil de eius aquis, naturalium periti conſcripſêre, quæ ſunt in Pānonia & Germania lapideæ exiſtentes in ſcabris ſterilibusque montibus, ſi aquas habeant, valde modicas, denſæ ſubſtantiæ & æſtuoſas easdem eſſe oportet. Dicamus igitur, auri aquam cæteris metallorum temperatiorem, mordacitatis expers abſtergendo exiccat, vlceribus puerorum conuenit, fiſtulas ſanat, & lichenas ex Plinio. Rapiūntur in errorem credentes aurum non conferre, ſed potius veneni propter ſui ipſius componentia naturam imitari: cōſtet aurum quæſo ex ſulphure & argento viuo, vt dicunt, cinere, vel calce, quæ non conceduntur, non eædem primę componentium qualitates retinentur in auro, nec ergo aliæ a primis, multo minus in aquis, cū in his componentibus excedant, in auro,

Primę qualitates & ſecundæ.

An aurū, vel auri aquæ conueniāt naturæ.

& auri aquis non excedunt: non sulphur, neque argentum viuum, nec calcem, nec cinerem intelligunt, quæ cognoscit vulgus, sed auri materiam & formam sibi his nominibus finxêre. Auri opera in melancholiam, dolores cordis, ipsius tremorem, syncopim, animæ tristitiam, & in eos qui soli loquuntur, à proprietate dixit Auic. idem in aquis eius erit affectus, aquæ sunt facultatibus metallorum veluti materia; lætatur auro cor, & roboratur, si modum quæras ex Auic. sententia, lege caput ibidem de Hyacintho. Contra Elephantiasim agit, quoniam deponit superflua ex humoribus, & extergit tùm venarum tunicas, aliarumque cauitatum, tùm cordis, quod maximum est in vnoquoque morbo. Quæ mista componuntur in arte fusoria, quam vulgares alchimiam dicunt, non habentur ex fodinis, vt per ea commoueantur aquæ, de quibus sit aliquid dicendum.

Quib9 locis & morbis.

Tr.2.lib.de med. cor.

SVMMA CAP. XI.

1 *Fodinæ auri lapideæ aquas dant paucas, æstuosas & densas.*

2 *Auri aquæ exiccant, & extergunt, præsertim tunicas venarum & cor.*

3 *Lætatur aquis auri cor, & animus.*

4 Depo-

4 *Deponunt aquæ tales ab humoribus, superfluitates.*

5 *Auri facultates in aquis non præ se ferunt veneni naturam.*

CAPVT XII.

Aeris aquarum vires.

FEx æris, & scoria æris, partes æris fodinæ quomodo in fodina contineantur, in sequenti capite patefiet, dũ de molibdæna habebuntur verba. Aeris aquę frigidis & humidis ægritudinibus obsistũt, etiam diuturnis, præsertim si partibus insint, quas roborare aptæ sunt, auribus, ore, tonsillis, vua, oculis præcipuè, ex Paulo, pectore, vulua, renibus & visceribus omnibus ex Auic. & Rhasi. at non solùm his partibus affectis morbo frigido obuiam præcedunt, verùm etiam totius corporis lapsui ad frigiditatẽ, & humiditatem, cum calefaciendo exiccent & adstringant per Aet. adstringendo roborant, exiccando calefacientes propellunt morbos, etiã à neruis, & iuncturis, & hęmorrhoidas: ænea aqua foris illita vlceribus præsertim tibiarum, ani, pudendorum, Phlegmati salso, oculis, ore, auribus, & scabiei subuenit & pruritui, carbunculis, quos ignem persicum seu sacrum, & prunam

Quibus locis & morbis.

Pa. cap. 52. lib. pr.

Auic. cap. 58. can. 2.

Primæ & secundæ qualitates. Cap. 167. lib. 3.

dixit Guido præsidium ferunt. Tales æ-nearum aquarum potestates protulit A-uic. vt vtiles dixerit corruptelæ temperamenti. Cæterùm animaduertendum est, quomodo fieri possit, vt aquę tales huiusmodi nanciscantur facultates, cum etiam ex Auic. potus tantùm & esus in ęneis vasibus, tãquam venenum sit cauendus, pręsertim salsorum, pinguium, oleaginosorũ, acetosorum, & dulcium, cùm potius venenum exequantur ęris vasorum ratione, quàm alimẽta sint corporibus. Longus in iisdem vsus & bibendi & comedendi secundum Serap. temperiem, quæ natura est, adducit in ametriam, dolores hepatis mouet, & splenis, cãcrum excitat, & pręcipuè elephantiasim, si cibi acres extiterint, vinumq́ue dulce, vel diu morentur in ipsis, per horas scilicet 24. Dicitur ab eodem, à vase æneo super pisces assatos calidos posito, fieri pisces mortiferum venenum: ex quibus occasionem nactus Montagnana, reprobat admodum in hisce vasibus apparatos cibos, præsertim si fiant vt non euaporent, vapores, qui intus in ære facti aqua, decidũt veneni vires præ se ferunt: transmittunt vasa hęc viriditatem æris, opportunitatem nacta per humidũ: ęris viride, quod Græci æris ęruginem dicunt,

ca. 19. doc. 2. fen. 2. can. 2.

Obiectio.

cap. 231. can. 1.

AEs naturę infestissimum.

cap. 194. li. aggreg.

cunt, proculdubio virus est. Hinc vsus per ænea vasa obducit stagnum. Verum hæc vitia in fodinis cohibentur forsan ab aliquo, quod in huius metalli liquatione non liquatur, nec hæret ei. Responsio obiectio.

SVMMA CAP. XII.

1 *Aeneæ aquæ roborant totum corpus, adstringunt, conferunt neruis & vlceribus.*

2 *Acria, salsa, pinguia, dulcia, acetosa, & oleaginosa præparata in vasibus, æneis non commoda sunt naturæ: si per horas 24. ibi morentur, potißimum fiunt mortiferum venenum, & si potentur & si comedantur.*

3 *Aeris viride venenum est.*

CAPVT. XIII.

Argenti aquarum & plumbi actiones.

DE aquis omnibus, quarum sermonem sum pollicitus, calefacientibus & exiccantibus, iam commemoratum est. Illas nunc adeundo, quæ refrigerando exiccant, quatuor esse specierum, argenteas, gypseas, ferreas, & plumbeas, assertum est suprà. Argenteæ stipticiores sunt plumbeis, plumbeç frigidiores argenteis, infrigidat humectatque plumbum in 2o. ordine, argentum plumbo mul- Cap. 4. Tēperies.

tò minus, sed potius exiccat, siccius est auro: quæ à primis & reliquis qualitatibus cueniunt, insunt argento magis, quæ autem à specifica forma magis auro: quæ aurum efficit, & argentum efficit imbeciliore tamen potestate. Argenti igitur aquæ cordi & animo lætitiam afferunt, tremori cordis conferunt, vult Rhasis oris fœtori obsistere, scabiei, & pruritui plurimum A-uic. plumbum, & si substantia sit aereum & aqueum, parùm terreum, & in 2o. humectet, non propterea eius fodinæ aqũa eiusdem est qualitatis, cum exiccet, id accidit aquæ plumbi, vel propter fodinæ formam, vel per ea, quæ plumbo miscentur in fodina. Non enim absolutè plumbum ex aliquorum sententia molibdæna continet, molibdænam Plin. Galenam, plumbaginem autem latini dicunt: Sed vt optimè notauit etiam Andreas Matthiolus communis & argento vena est & plumbo: hoc se etiã vidisse refert Sardiniæ Matthæus Syl. in pande. non igitur argenti absolutè operationes insunt in aqua ex molibdæna egressa, nec plumbi tantùm, sed vtrisque simul, præterea etiam lithargiri, nã idem Syluat. lithargyrum inesse plumbo, veluti spumam, se vidisse dixerit, quamuis non concedatur à Matthiolo, alias à plũbo qualitates habebit molibdena. Non idem

Vlt. cont.

Cap. 18. lib. 19.

Cap. 338.

præstant vini fex, vinum, & spuma musti, magis exiccant fex & spuma, à musto cum contineantur aliquo modo, non sortitur mustum vini qualitates, non gignitur spuma nisi vi caloris, à quo suscipit quid amplius, dum fit ex musto vinum: pariter ex molibdæna dum argentum fit & plumbũ emanare dici posset ignis actione lithargyrus, alias à plumbo qualitates habens, aliasque à plumbo & lythargiro molibdęna, verùm à liquatione retinet suas quodquæ potestates. Hinc & Dios. & Gal. molibdænæ tribuũt vires lithargyro similes, intelligas primas qualitates, nã Gal. inquit tantũ differt vt recedat paulùm ad frigidius, nec vim obtinuerit absterforiã. Lithargyrũ medelã dixit vtilẽ ad intertrigines fœmorum, quas excoriationes dicimus ab vrina vel ambulationibus, quibus & argentũ & plũbũ est vtile, tamẽ hęc nõ vlcerat intestina vt lithargyrus. Siue igitur per se seiũctim duo metalla hęc effodiãtur, siue in molibdæna tantũ aquæ plũbeæ exiccabũt, rei cuius indiciũ præbet ipsũ plumbũ, apostematibus calidis, vlceribus, & fissuris præstò est, pariter & aqua plũbaginea, præsertim ani, virgæ, testiũ, & mãmillarũ: harum partiũ aliquę oleum & pinguia ita respuunt, vt his illitæ vix sanari queant; vlceribus malignis Quibus locis affectis.
&

& cancro mirabiles præstant effectus, nec non fluxionibus calidis ad iuncturas, aliasque partes.

SVMMA CAP. XIII.

1 *Argenti aquæ idem operantur, quod aquæ auri.*
2 *Conferunt oris fœtori, scabiei, & pruritui, testium apostematibus, virgæ, mammillarum, & ani, non solum argenti, sed & plumbi aquæ.*
3 *Molibdæna & plumbi fodina est & argenti.*

CAPVT XIIII.

Gypseæ aquæ quid iuuando, & nocendo afferant.

GYpsi si eædem essent qualitates in aqua, dánandæ potius essent eiusdem aquæ facultates, quàm describendæ, vt earum vsus negligeretur penitus: cum si Serp. adhibeamus fidem auct. Gal. administrari nisi exterius non debeant: viri vires adscribuntur gypso etiam ab Auic. spiritum intercludendo suffocat: sed quoniam non eædem sunt in aqua, aliter vsu venit: imò ex auct. Diosc. Matthæus Syluat. gypsi potum consulit in dyssenteria, cæliaco morbo, omnique profluuio, magis magisque potum aquæ gypsi, cum opplendi

Cap. 5. tr. pr. fen. 6. can. 4.

In pand. cap. 295.

opplēdi vires debiles habeat in aqua. Gypsi ea facultas est, vt citra secundum ordinem refrigeret & exiccet: gypsearū aquarum ex supradictis non est eadem, redigitur in numerum à paucæ vel plurimæ fodinæ mistione: repercutientem virtutem habent, collecticam, id est, conglutinantem, & emplasticam, id est, poros obducētem. Opplendo stipant: omni fluxui maximè aduersantur, siue sanguinis sit, siue quorumuis humorum, etiam sudoris. Primæ & secundæ qualitates.

SVMMA CAP. XIIII.

1 *Gypsi aquæ exiccant refrigerando.*
2 *Repercußiuæ sunt, collecticæ, & emplasticæ virtutis.*
3 *Valde adstringentes opplent.*
4 *Gypsum suffocat, non autem sic aquæ gypsi.*

CAPVT XV.

Ex fodina ferri aquæ quas qualitates præ se ferant.

FErri qualitates retinentes aquæ, eò aliarum optimas censeo, quòd partium internarum, secundum Haliabb. virtutem adaugeant & robur: stomachum iuuant, splenem, pectus, & iuncturas, nec non viscera. Si exiccent, calefactione in ægrum Cap. 29. li. 5. Theor. Tēperies.

grum anxietudinem non inferunt: si non humectent, exiccatis partibus nõ obsunt: refrigerando laxas debilesque partes contrahũt, acres, calidos humores, & biliosos extinguunt, quod stomacho, spleni, & intestinis apprimè cõfert: propterea vni cuique fluxui, etiã stomachali opitulantur, & stomachi doloribus, relaxationibus, ac debilitati, vel cum materia ibidẽ existente infracta in eius villis, vel aliundè eò allabatur, seu ab vtrisq; simul, etiam si fluxiones hæ vlcera intulerint. Appetiuam excitant: ventris fluxum, tormina, intestinorum vlcera curant, & egressam anum: conferunt nephriticis, asthmati: quodque notatu dignum est, vrinæ stillicidio, quando, fit insensibiliter, renibus, hepatis & splenis morbis, tumoribus, duritiei & opilationibus, cum infrigident & siccent, non solum non obsunt stipando, sed recludendo resistunt. Hinc opitulantur cholico dolori: fracturarum restaurationem quàm cito iuuant. Et adiuuant per Auic. non coire valentes.

Secundæ qualitates.

Quib9 locis & morbis.

SVMMA CAP. XV.

1 *Ferri aquæ & si siccent infrigidando, non adstringunt, sed aperiunt.*

2 *Robur addunt quibusuis partibus.*

3 *Aquæ ferri aperiunt occlusa, & aperta occludunt.*



CAPVT. XVI.

Notitia componentium fodinarum aquas quibus sit inuestiganda rationibus.

QVando alicuius ab aliquo notitiam perscrutamur, illud aquo notitiam querimus ex his esse necesse est, quæ vel à se ipsis non ab alijs fidem habeant, vel ab habentibus talem fidem ducant originem. Fidem habent à se ipsis quæ vera notissimaque sunt, vel sensui, vel intellectui, hæc priora simpliciter sunt & causæ, illa vero effectus, quos tales esse oportet, qualia sunt propriȩ causæ, & principia immediata. Mixti alicuius dum hæc principia indagantur, ipsum componētia, quota esse possint non ignorentur, deinde eorum omnium potestates, & qualitates tùm propriæ vnicuiq; eorum, tùm illæ & in quibus inter se communicant componentia, & in quibus inuicem differunt, seu primæ sint qualitates, seu secundæ, seu tertiȩ, quá diligentissimè inuestigentur. Ex qui-

A quibus queri debeat notitia alicuius

Circa principia, vnde oritur notitia, quid queri debeat.

quibus sic cognitis, & per hæc eodem peruenie mus ad componentium formas, & vniuersalia colligentur intellectui adęquata. Principia Thermarum aquarum compositionis erunt & 13. species metallorum & aqua. Aqua insipidissimum quid est qualitatis omnis expers: metallorum qualitates hic perstringere, & si non sit huius negotij, sed aquas ex metallis in re medica perquirere, tamen quales sunt qualitates eorum, cum tales sint & eorundem in aquis, ex hisce aquis etiam fodinarum effectus cognoscentur: propterea iudice sensu sic liceat hæc distinguere, & vt componētia, & vt vniuersalia colligantur. Sulphureis & Bituminosis aquis dictum est calefacere commune esse, & laxando emollire, ambæ quandam terræ pinguitudinem habent, quæ bitumen est & sulphur, verùm differunt, quoniam bituminosæ plus emolliunt, sulphureæ magis dissipant & extergunt, nō adeo optimæ quemadmodum bituminosæ: quæ igitur aquæ tales facultates habent, fodiná talem retinent. Sed ab his communioribus passionibus ad proprias descendamus. Sulphureæ bitumen non resipient, sicuti nec bituminosæ sulphur, acres existentes hæ & illæ. Sic adstringens sapor & si communis sit alumi-

Principia Thermarū aquarum quot & qualia sint

Ex reliquis & primis qualitatibus.

Ex gustu.

aluminosis, salsis, nitrosis, & calcis aquis, tamen omnium maximè aluminosæ adstringunt, calcis & nitrosæ acres mordicāt, quod aluminosis non accidit & salsis, hæ salsæ sunt, quales non sunt nitrosæ & aluminosæ: omnium maximè mordet calcis aqua, deindè cineris, deinde nitri. Sed his reliquisque cunctis, ad quæ huiusmodi indicatio sumitur ex gustu, talis regula communis & vniuersalis constituatur, certissimā notitiam præ se ferens assueto sapores omnes acuto sensu seiungere metallorum, & fodinarum: Eius sunt fodinæ fodinarum aquæ, cuius saporem referunt. Si autem horū saporum nescius hanc notitiam querat, adipisci hisce experimentis metallorum speciem agnoscat. In aquam qualitatem non participem impellantur metalla, quorum sapor quæritur, vt eius non expers aqua facta, gustum eodem ipso afficiat, qui si similis fiat inuestigandę fodinæ saporis, palàm ipsius inuestigatæ fodinæ innotescit forma. Tribus modis hæc impelli possunt in aquis, verum quorum modorum quibus conuenit vnus, ijsdem non conuenit alter. Eliquatio, per quem modum sal confundimus aquis, alumen, & nitrum, nec cineri conueniet nec ferro, æri, nec auro, non liquescunt hæc in aquis

Regula vniuersalis.

Tres modi per quos fodina inuestigatur in aquis ex gustu.

vt illa: ſed horum aliqua dum ignita extinguntur pluries in aqua, demittunt in eam quas vires habent, aliqua nec apud ignem liqueſcentia, nec ſic in aquis extincta, ſed cum aquis miſta per ebullitionem vel aliter deponunt quas habent facultates in eis, vt cinis, calx, & gypſum. Qualem igitur acquirit aqua ſaporem ſic diſpoſita per quemuis horum modorum trium, talem etiam per terræ meatus adipiſcitur, propter eandem metallorum ſpeciem. Sic denique harum comparatione aquarum & thermarum & diſpoſitarum per illos tres modos, componentia aquas quarumuis formarum patefient. At certius inferre poteris quod principium erit vt hæc cognoſcas per hanc methodum nuper conſtitutam communitates & proprietates fodinarum ſpecierum omnium ſatis complectentē. In alueolo thermarum aquarū fæces, vel potius quæ poſt earundē aquarum euaporationem relinquuntur exuccæ ſeu euaporatio per ſublimationē fiat, ſeu per ebullitionem, vel per quamuis aliam artē, exquiſito ingenio inſpiciantur: quarū etenim virium hæ ſunt compotes, illarum & aqua illa: Igni enim appoſitæ aut flāmam ferentes crepitant, nitroſas eſſe conijcito: aut non crepitant dum inflammantur,

Ex fæcib⁹.

tunc

tunc sulphur inest vel bitumen, at bitumẽ non ita in aquæ fæcibus exiccatur, vt sulphur, præterea bituminis flamma clara est, non diuersi coloris vt flamma sulphuris, citrina, fusca, & viridis. Quæ autem flammam non edentes ignem non sustinent fæces, erunt salsarum aquarum, dati enim sales igni, ignem refugiunt, verùm hi non inflammantur vt nitrum, & si vtrumque strepat. Si verò non edentes flammam igniantur huiusmodi fæces vt candescant & liquefiant erunt auri, argenti, æris, vel ferri aquæ, æneæ ac auri citrinæ sunt, verùm æneæ acidæ, auri autem non, ferri nigricantes, argenti albescentes, fodinarum suarum colorem sequentes omnes. Ignitæ siquidem nec igne, nec flamma lucentes, nec liquescentes vnquã, cinerẽ indicant, vel calcem, vel gypsum. Si autẽ non ignitæ liquescant, erunt vel ex fodina plumbi, vel aluminis aquæ fæces, primæ liquatæ fluunt, aliæ non fluentes ebulliunt solùm. Liquationem & ebullitionem intelligas proximè metallorũ propinquã ebullitioni, & liquationi. Has easdem fæces si etiam superioribus compinges indicantibus per gustũ, notitiã consequeris fodinarum, quæ sunt in aqua, cuius extitere

fæces. Sat est ex propositis adeptum circa aquarum metallorum cognitionem, & in earum potestatibus, & speciebus, quot sint in aquis, & qua uia earum vnaquæque valeat inuestigari. Nunc si easdem coniunxeris (cum plurimæ notæ formarum plurium plurimas formas commonstrent) etiam coincidentias fodinarum, & earum qualitatum in aqua separabis.

SVMMA CAP. XVI.

1 *Notitia facultatum aquarum ex metallis habetur per eorum principia, & causas.*

2 *Causæ & principia effectuum aquarum ex metallis, sunt aqua & metallorum formæ.*

3 *Cuius fodinæ facultates, colores, sapores & odores aqua, vel eius fæces præ se ferunt, illius compositionem sortitur.*

4 *Fæces aquarum metallorum in ignem datæ si crepitant, flãmam adeuntes nitrum indicant, si verò ignem refugiant, sal.*

5 *Fæces aquarum metallorum cuius sunt metalli sequuntur substantiam, & accidentia.*

Dictorum in libro tertio Epilogus in Tabularum speciem congestus.

FAcultates ex fodinis perscrutanti faciendum est vt inuestiget primò vndè sint, & quibus modis: secundo quales sint: Tertio qua coniectura acquiri posit, qua-

quarum fodinarum ſint aquæ illæ, quarũ facultates quæruntur.

Sunt aquarum facultates ex fodinis, & earum facultatum diuerſitates, & per eorum quæ miſcentur aquis fodinarum formas, quantitatẽ, & qualitates: & per mixtionis modos. Fodinarum formæ plures aquis tribuunt plures poteſtates in naturam, paucæ pauciores, vna tantum, illius ſolùm facultates habebit aqua: Quantitas multa largiorem poteſtatem diffundit in aquas exigua non ita: Qualitas remiſſa exiguas facultates præbet aquis: potentiores ab intenſioribus qualitatibus aqua retinet. Mixtionis modus ſpectatur in miſcibilium proportione, & pluralitate: proportione, vt ſi aqua pauca labatur per multam fodinam, validiores ſunt aquæ huius facultates, ſi fodina pauca erit, imbecilliores erunt facultates aquæ: ſi verò multæ ſint aquæ & labantur per modicam fodinam, admodum imbecilles obtinebunt poteſtates, ſi per amplam fodinam validiores: Miſcibilium pluralitas, vt ſi vna fodina miſceatur cum aqua pauca, potens erit hæc aqua non autem diuerſarum qualitatum, quod non eueniet ſi plures ſint fodinæ, vel etiam paucæ, non adeò potens erit aqua ſi plurima miſceatur dictis formis. Tab.II.

Tab. 12. Poteſtates in aquis ſi ſint vnius metalli ſolùm, erunt primæ exiccandi vel refrigerando, vel calefaciendo vt in ſulphureis, bituminoſis, aluminoſis, ſalſis, nitroſis, aqs calcis, cineris, æneis, & Auri. refrigerando vt in plumbeis, gypſeis, argenti aquis & ferri. Secundæ & reliquæ poteſtates erunt vel laxando emolliendi quales ſunt in aquis ſulphureis & bituminoſis: ſulphureę magis quàm bituminoſæ diſsipant, reſoluunt, attrahũt, penetrant, & extergunt, bituminoſæ magis emolliunt laxãdo quàm ſulphureæ: vel denſandi, adſtringendi, abſtergendi, contrahendi, & cõſumandi adſtrictione leui qualis eſt ſalſarum, nitroſarum, & calcis, valida vt in aquis aluminoſis. Si ſint poteſtates aquarum ex pluribus metallis, cum eorum complexus in aquis, quotquot fieri poſſunt differentiarũ num. conſtituant 78. eas omnium aptæ ſunt aquæ retinere, complexus harum fodinarũ in aquis præſtabiliores facultates ad hominem habebunt, quàm aquæ vnius tan- Tab. 13. tùm fodinæ.

Fodinarum notitiam in aquis habere poſſumus per aquarum ſapores, colores, odores, fæcibus, & qualitates vt iam iam dictum eſt. Per ſapores, ſalſæ ſalis fodinam habent, acidæ, æneæ ſunt: acres cum mor-

dica-

dicatione sunt aquæ calcis, cineris, vel nitri, sine mordicatione, sulphureæ sunt vel bituminosæ: adstringentes, crassarum partium Gypseæ sunt, partium tenuium sunt etiam quandoq; acidę vt aluminis & ferri: Non solum similem deponit saporem in aquis fodina quem habet, sed & colorē & odorem. Per fæces non tantum ab earum sapore, colore, odore, & qualitatibus primis & secundis, sed etiam sic, fæces igni appositæ aut flammam edentes crepitant nitrum indicant, non crepitant sulphureæ si flamma sit diuersi coloris, & Bituminosę si clara sit flamma: aut non edentes flammam ignem non sustinent crepitantes salis fodinæ aquam denunciant: aut igniuntur vt candescant & liquentur indicabunt æs, ferrum, aurum, vel argentum: aut non candescunt, verùm aut nō liquantur vt cinis, calx, & gypsum: aut liquantur vt fluant plumbi fæces sunt, vel vt bulliant tantùm non fluentes, aluminosas aquas indicant.

Finis tertij libri.





LIBER QVARTVS.

DE AQVARVM PRAEPARATIONIBVS.

CAPVT I.

NAturæ aquarum omniū arte non præparatarum iam absoluta explicatione tùm ab aere casarum, tùm exilientiū è terra, naturam dico, ex quibus conficiuntur, vt tales habeāt potestates, deductæ enim sunt aquæ omnes, vbi hæc tractādi capta sunt primordia in præparatas & non præparatas ab arte: nihil reliqui ad hæc est, nisi arte præparatas iam iam aggredi, non inquam sublimatas aquas, decoctiones, infusiones, & alias huiusmodi: sed eas quæ nihil permistum habent, in huius artificij præparatione, quod illarum prauitatem

Per præparationem quid intelligatur.

tatem minuat, veluti cum aluminosis vrinam cientia, qualia sunt acria & odorata, cum nitrosis lac, amylum, vinumque crassum, crassis aquis, alua, capa, porrum, vinũ synopum acetosum, iuscicerum cinnamomum, stiptica, dulcia, lenientia, vnctuosa: aquę inquam eo modo intelligantur, quo scatent à terra, vel cadunt ab æthere, præparatæ aliqua opitulatione nõ rei alterius eis admiscendæ, sed ipsarum substãtiæ depurationis, hoc est auxilio præparationis, non admistionis alicuius, illarum substantiæ. Sublimatio fit artificiũ, quo à compositis extrahuntur aquæ, non erit sublimatio, aquarũm præparatio, sublimandorum substantia tantummodo aqua non est: id præparatum dicamus nunc, quo alicuius artificij subsidio reparato vtimur. Reparatione an indigeant omnes aquæ, varij existimarunt varia, in sequẽtibus patefiet. Reparantur vt naturæ humanæ suauiores inseruiant, naturam humanam nũc intelligo naturales virtutes, attractiuam, retentiuã, digestiuam, & expulsiuam, quæ adiuuãdæ non oprimendæ sunt, opus dum exercent suum. Attractiuæ suffragantur aquæ quoniam splendidæ, & suaues: digestiuam subleuãt quoniàm leuissimę fiunt, & molles; expulsiuam excitãt, quia tenuissimæ:

Quæ sit aqua præparata.

Cur præparentur aquæ.

retétiuę ſunt adiutrices ex earum dilactu. Quæ appetuntur citius apprehenduntur ac tranſmeant, & hæc ocyus concoquntur. Artificium, quo ſuccurrimus aquis eas reparãdo, ſit non niſi defluxus, percolatio, reſidentia, decoctio, calefactio, & infrigidatio. Quam ſuprà diximus decoctionem intelligas, quæ cum aliis aquis admiſtis fieri ſolet per hæc coniunctim, ſeu ſeparatim omnia vel aliqua illorum, quæ per eaſdem præparationes adipiſcũtur aquę, planè ſecernere poſſumus in aquis, ſunt quatuor tantummodo, læuitas, dulcedo, tenuitas, ac ſplendor: quorum omnium quæ aquæ fiunt participes, erunt præ omnibus optimę, ad ſuos aquarum effectus exercendos in hominem. Qomodo illa ſecerni poſsint, in dicendis ſumito, quando à defluxu initium inchoabitur.

Modi præparationis aquarum.

Quid in aquis fiat à præparatione.

SVMMA CAP. I.

1 *Aquarum præparatio eſt depuratio illarum ſubſtantiæ.*

2 *Aquæ decoctæ cum re aliqua, ſublimatæ, infuſiones, & huiuſmodi non recipiuntur in hac præparatione.*

3 *Reparantur aquæ vt attractiuæ, retentiuæ, digeſtiuæ, & expulſiuæ ſuffragentur.*

4 *Reparandæ aquæ acquirunt in præparatione,*

vel

vel leuitatem vel tenuitatem, vel dulcedinem vel pelluciditatem seiunctim vel mixtim.

5 *Modi aquarum præparationis numero sunt sex Decoctio, infrigidatio, Defluxus, Residẽtia, calefactio, & percolatio.*

CAPVT II.

Necessitas aquarum præparationis.

OMnibus arte fientibus id plerũque vsu venit, quod contingit natura constantibus, in his elementa quò puriora veniunt in concretionem, eò magis erunt concreta secundum naturam, quia inter naturalia exquisitè temperata subsistunt, natura enim temperies est, hinc sũt in caussa valetudinis dum pro cibo & potu sumũtur, naturæ inquam sunt magis propria. In arte facti diligentius elaborata, magis eorum similitudines appropinquant naturalibus, vt in formis exculptis videre est. Quod si naturalia præparẽtur arte, vt proximiora naturæ fiant, non tantum eorum similitudines magis appropinquabũnt naturalibus, sed etiam eorum actiones, fundentes auri fodinas efficiunt arte, vt ex fodina illa seligatur aurum adsimile purissimo auro, quod in lapidea fodina producitur à natura: actiones in hominem, quos efficit selectum aurum, auro non insunt ab

Pręparatio non addit quicquam sed edolat.

arte

arte, verùm ars illa diſponit aurum, impedimenta multa ſemouendo, vt ſimiliores edat actiones, actionibus illius ſic à natura producti. Itidẽ vſu venit in hoc aquarum diſcurſu, purisſimæ aquæ & ſimpliciter ſecundum naturam cum ſint rariſsimæ, ſi reperiantur, id efficiunt ſemouendo multa ſex ſuprapoſiti modi, vt aquarũ per ipſos modos pręparatarum effectus quò ad fieri poteſt ſimiliores exiſtant effectibus puriſſimarum aquarum. Si arte elaborata, quæ non ingeruntur in corpus, accuratiſsima diligentia opus habent, vt ſe ſenſus cum hic oblectet: multa exquiſitiore diligentia opus habebunt quæ naturam inuadunt, vt circa eaſe oblectãte natura probè nutriant, id præſertim, quod vnumquodque eſt, quo veſcimur. Multa per hos ſex modos auferuntur ab aquis externa, multa acquiruntur ſubſidia, vt præſtò ſint naturæ validioribus viribus. Quę & qualia ambo ſint ſtatim aggrediar, poſitis prius differentiis vnius cuiuſquè modi.

SVMMA CAP. II.

1 *Si delectantia ſenſus exquiſitè parantur, eò magis ea quibus natura potitur.*

2 *Id efficit ars in aquis, vt quàm ſimillimæ fiant puriſsimis aquis.*

3 Natu

3 *Natralium similitudines si appropinquant exquisitè temperatis naturalibus, ergo & illorum actiones.*

4 *Probè temperata, at simpliciora naturæ magis conueniunt, quia simillima sunt ei.*

CAPVT III.

Defluxus quid sit, & eius differentiæ.

DEfluxus motus sit aquæ, quo si erit secundum naturam (vel eadem met impellatur per partem post partem, à se ipsa, vel à prohibente locum, vel secũda per se sequatur primam, tertia secundam, & sic de reliquis, sibi inuicem dãdo locum & cedendo) aqua tendit semper in proniorem lapsum: si verò fortuitus insit ei à violentia motus, erit altera defluxus differentia: mouetur etenim aqua vel per se, vel fortuitò: per se an moueatur, à se, an à prohibẽte locũ prohibẽs locũ dico veluti fractus ampullæ aquę refertę, & locorũ descẽsus per quos labũtur aquę, tractatio est vniuersalioris physicę. Fortuitò per quascũque species localis motus apta est moueri, nisi moueatur deorsùm qđ ei naturaliter inest. Aliquãdo vtrisq̃ motibus agitatur, & fortuito & naturali, vt præceps cõcita per saltus, modò deorsũ recedẽs, modò repulsa sursùm resiliẽs. Tres igitur

Defluxus aquarum quid.

Species defluxus aquarum.

igitur vniuersim sint species aquarum defluxus, naturalis, fortuitus, & vtriusque particeps. Deorsũ naturaliter effluens vel per loca plana, vel à cliuis altis, profundisue locis cursum cõficit celerẽ, vel tardum, obliquo, vel recto lapsu, seu Septentrionem versus, seu Meridiẽ, seu Oriens, seu æquinoctiale Occidẽs: sumatur nunc situs planus, non vt in Mathematicis, at vt differt à cliuoso, & montuoso loco. Duodecim iam hæ sunt primarię differẽtiæ, per quas aqua naturaliter defluit, quas iterũ recencere nõ est inutile: obliquè vel rectè, incitato vel cursu lento, per cliues, montuosos, concauos, seu planos locos, Septentrionẽ versus, vel alias tres plagas. Per has easdẽ, & quæ à violentia fertur, moueri potest. Desumũtur hi modi ex locorũ situ, & ex defluxus specie: horum vnus apprimè declarabitur, cum reliquis, in quibus inquam differant aquę propter diuersos positus, & varios ad varias plagas, iàm enucleatus reperiatur in secundo horũ quinque libro. Has omnes defluxus differentias numero quindecim si cõplicaueris inuicem, non eodem modo earum coaceruabuntur complexus, quo fodinarum formas aggregari dictum est per illam regulam suprapositam, nam aduersa sunt hęc in vnum conuenire nequeuntia,

Differentię, simplices.

Secunda species.

Cap. 2. lib. 3.

untia, sed ex his simplicibus compositæ quot sint, & quid efficiant in proximè sequentibus perscrutabimur dum simpliciũ effectus indagabuntur. Speciei defluxus, fortuitò & naturaliter fluentem aquam continentis, differentię erunt eædem cum inhęrentibus differentiis ambabus speciebus. Quæ inter has singulas differentias reparando aquam humanę naturæ commodiorem censeatur aptior differentia, & propter quid, inferius dicetur, postquam quid agat in aquam defluxus fuerit expositum. Tertia species.

SVMMA CAPIT. III.

1 *Defluxus est motus quo aqua semper tendit in lapsum vel proniorem si defluxus sit secundum naturam, vel in quascunque alias loci differentias, si motus sit aquæ fortuitus.*

2 *Tres sunt defluxus species, naturalis, à violentia, & ex vtrisque compositus.*

3 *Harum specierum differentiæ 12. esse possunt: desumptæ tùm ex locorum situ, tùm ex speciebus motus.*

CAPVT IIII.

Quid inferat defluxus in aquas.

MOtus quilibet velut flabellũ, quòd agitat aquam & aërem, inductione clarum fieret, sicuti etiam quòd cõcitatione &

ne & refrigerentur & attenuentur magis, nisi luce clarius in physicis eluceſceret. A tali aëre, per defluxum, aquę permisto, etiam aqua frigidatem adipiſcitur ac tenuitatem, quē aërē deponit & iugiter ſuſcipit vt perſpiratum habeat. Perſpiratus in cauſa eſt depoſitionis & fœtidorũ, & putridorum ab aqua, vt videre etiam eſt in quibus vis concretis. Ob id fluentes aquæ non fluentibus ac velociter labentes tardè labētibus, minus putentur putres, magiſquè tenues cæteris parib⁹, ſeu multa ſit, ſeu aqua pauca. Aliã cauſã deprõpſit Alex in ſuis problematib⁹ Ariſt. decernente, quod mouetur & fluit minus putrefieri eo, quod eſt immotũ, quia motus debilior exiſtit à caliditate cõtinētis quàm motæ rei. Per hæc Ariſt. verba infert Alex. earũ propriã caliditatē in aquis fluentibus nõ vinci à cõtinente calido, quoniam propter fluxũ radius nõ permanet, ſicuti in ſtationariis aquis. Tactu nos ꝑcipimus fluuiorũ aquas per æſtatē interdiu calidiores eſſe, die autē frigidiores: calidiores eſſe non propter eorũ defluxũ, at nõ niſi à cõtinente accidit eis, eſsēt & æſtate & hyeme & quacũque hora diei noctiſque calidæ. Præterea & ſi fluãt, continuis tamē exiſtētibus aqua & cõtinēte, nec nõ aëre per aquas dilabēte, nõ poſſunt aquę propter fluxũ radios nõ ſuſcipere

Sex effectus defluxus in aquas.

4. meteor.

ſcipere, imò eoſdem ſuſcipiunt ratione fluxus: aqua non habet motum à caliditate, quæ inſit in ea. Veram Ariſtot. ſententiam exiſtimarem in ſubſiſtentibus concretis ex elementis. Per tranſpirationem igitur maiorem & minoré aquas minus magisque putreſcere dicamus: hæc tranſpiratio non eſt eleuatio vaporum, ſed introgreſsio aëris & exitus. Sic aquæ frigiditas obſiſtit continentis caliditati, & eiuſdemmet putredini. Accedit ad hæc arenas, terram, & lutum per aquas agitari dum profluunt, vndique ab alueo & ripis ea decerpentes: hoc modo agitatæ, quia inuicem hæc omnia conteruntur, vt ruderes oſtendunt, tenuiores redditæ, in arenas, terrá, & lutũ qualitates dimittunt, & quæ praua in ſe continent: vt etiam notauit Auic. dum aquam agitat in vaſe luto admiſtam. Defluxu igitur aquæ fætidæ & putridæ longo fluxu putredinem abijciunt & defœdãtur tùm ab aëre, tùm propter eorũ miſtionem, in quibus omne vitium deponunt, magis algent, non diſſoluũtur à ſole, vt earum tenue deponant, viſcidas & glutinoſas terra detergit, duræ crudæque maturitatem aliquam & mollitié aſſequuntur, cũ aërem ſuſcipiant magis & dimittant, pellucidiores fiunt: ad horũ igitur aſſequutio-

Perſpirat⁹ aquarum quid.

Cap. 7. doc. 5. fen. 2. can. pr.

nem eas defluere par eſt. Non mirum ſi euriporum reliquiæ proſpiciuntur apud celeberrimas olim ciuitates, inter nobilitatis rerum geſtarum veſtigia, non plumbeos dico aquæ ductus, & lapideos, quarum in his ductarum aquarum vſus erat potius in thermis, quã pro puto, in cuius vſum, erãt ductus aquarũ ex lateribus conſtructi: Si qua alia miſtura vtebantur, quã glutine ex antiquis lateribus arena & calce, incompertum habeo. Incoctiles aquas dixit Gal. omni tamen alio vitio carentes à Tiburtinis montibus per lapideos aquæ ductus Romam delatas, alios ibi fontes omnes præſtantiſsimos aiebat, tum pulchritudine, & multitudine, tùm aquis vſquequaque laudabilibus.

Com.10. ſec.4. lib.6. Epid.

Romæ fõtes olim præſtantiſsimi.

SVMMA CAP. IIII.

1 *Defluxus aquam commouet, vt perſpiratum habeat.*

2 *Per perſpiratum aqua deponit fætida.*

3 *Defluxus, arena, lutum, agitant & conterunt aquas detergendo, depurgando & attenuando.*

4 *Tranſpiratio aquarum per defluxum eſt ad eas aeris introgreſſio, & exitus.*

5 *Fluuiorum aquæ in æſtate cur aliquando frigidæ & aliquando ſint calidæ.*

6 Roma-

6 *Romanorum aquæ vndiq; præstantißimæ ef-feruntur laudibus à Galeno.*

CAPVT V.

Quis præstantior defluxus aquas humanæ naturæ commodiores apparet.

LAudatur aqua per cliuos altaque loca terrea deorsum labens, imo hoc est, quod per defluxum prauã aquam præparat: si autem præceps hæc prorumpat, seu per ripas defluat, alueum sibi thofinum, vel lapideum asciscit. In altiori loco frigidiores, tenuiores, & magis splendidæ redduntur aquæ. In concauo turbidiores æstuantes, & crassæ, præsertim si aspiciantur ab austro, vel fauonio, si reliqua non cõtradicant, vt plurimùm ex accidenti etiam distrahentia improbas naturas aquarum. Obliquè currentes plurimam habent luti admistionem, quàm currẽtes recto fluxu, & minorem perspiratum, nisi citatus cursus accedat, hic vt plurimùm pellucidas, leues, minus qualitatum participes, & non admodũ crassas efficit aquas, quemadmodùm lentus cursus, maximè si situm habeat orientẽ versus. Obliquo & veloci cursu labentes per lutũ, erũt à residẽtia magis apparatę. Omnis motus vel sit aquę naturalis

Primus modus defluxus.

Secundus modus.

Differẽtię.

vel fortuitus aquam reparat, velocior magis cæteris paribus. Si verò falcando decidat, quamuis in plures partes agitetur, tamen offendit semper ripas & saxa, vnde magis incoctiles redduntur, & crudæ. His ijsdem simul commistis, vt iam iam inceptum est, aptando veloci fluxui obliquum, compositorum quoque modorum defluxus cognitioné vndequaq; adeptus eris: si hæc & illa retuleris in secundum librum ad enarratas aquarum facultates, depromptas à natura situs & loci, eorundem potestates simplicium & compositorū inquam modorum, cognosces quàm facillimè. Sic omnis ratio defluxus aquarū absoluetur

Cõcursus differẽtiarum.

preparátis aquas. Vt obliquè currẽtes, motu lento, per alta loca, subsolano vento exposita, meliores esto ad hominem relatæ, currentibus ijsdem cõditionibus per loca plana. Obliquè autem currẽtes citato motu (per quem differunt à superioribus) per alta loca subsolano etiam exposita, dictis peiores erunt: & ijsdem cõditionibus currentibus per loca plana: quod si alium sitũ habeant, his prauiores putes. Per altos locos aquę deorsùm vergentes, riuulos moliuntur sibi, quorum aluei, propter motus violentiam terrei esse non possunt, propterea citatus motus aquæ prauitatem adiũgit

Primus concursus.

Secundus.

git in altis locis. Per plana loca non euenit idem. Recto igitur latæ cursu, lentoq; motu per loca plana meliores sint currẽtibus per loca prona: rectè currentes, lẽto motu labi nõ possunt per pręcipites positus. Partim rectum fluxum, & partim obliquum pręcipuè laudarem supradictis rationibus, si pręsertim excedat obliquũ longè rectus: decerpit obliquus, magis cõterit rectus & miscet. Obliquè si longè defluant aquę impuriores euadũt, hinc indè ex assidua delibatione, nõ etenim nisi carptim profluũt, quod iã carptum est, à nuper accedente impeditur in vtrorumq; vicissim maturitate. Ad reliquorũ imitationem propositũ tibi hoc sit exemplar, vt sicuti in his propositis complexibus factũ est, ita etiam fiat in reliquis connectendis, ex differentiarum defluxus explicita natura.

Tertius.

Quartus.

SVMMA CAPIT. V.

1 *Inter defluxus, præstantior est, qui fit in altis locis, per terram puram, rectus, citatus, in oriente, quàm per alias simplices differentias his oppositas, vel condiuisas.*

2 *In harum differentiarum annexione, in altis locis præstantior est defluxus qui fit lento motu, ac obliquo cursu in oriente per terram puram.*

3 *In locis verò planis, in quo defluxu, rectus excedat obliquum, citato motu, in oriente, per terram puram, præstantior censetur.*

CAPVT VI.

Percolatio quid sit & eius modi.

EXcolatione vel defluxu an magis depurentur aquæ nõ esset ab re quærere, si idem esset aquarum omniũ defectus: verùm cùm omnium non sit vnus, non anceps at erit diuersa determinatio huius diuersæ rei: crassæ etenim omnes & glutinosæ depurantur defluxu magis, quàm excolatione: Impuræ qualitates habentes, puta salsedinem, sulphur, alumen, excolatione magis quàm defluxu. Est excolatio depuratio alicuius rei per colum: colum sumatur nunc pro eo, quod potest aquã excolare. Percolationum diuersæ species existunt, secundum coli varietates, quotquot sunt coli species, tot emanabũt excolationũ differentiæ, cũ per colũ excolentur excolanda omnia, & eius variæ differentiæ tribuant aquis facultates varias. Sit prima species dum colum transitum præbet aquis, per suosmet meatus, sint cuiusque rei, dummodo per eos excolari posit aqua: non adeo amplos esse necesse est, vt excolandum omne transmittant,

Aquarum percolatio quid.

Vnde diuersi sint percolationũ modi.

Proportio qualis percolantium & percolãdorum.

tant,nec ita coarctatos,vt id retineant, sed pro ratione eius, ad quod excolatio dirigitur: vtpote maris aquam excolare nobis volentibus in vas terreum,vt dulcescat, vasis poros non ita angustos esse oportet, vt aquæ tenuius non transmittant,nec adeo amplos, vt etiam crassius ingrediatur per eosdem. Erunt hi meatus vel à natura producti, vt qui sunt inter arenas, in spongiformibus lapillis,& inter lutum : vel ab arte, quales in pannis fiunt & laneis, & lineis, & ex setis animalium constructis : setarum, lini, & lanæ, non is vsus erit, vt transitum aquæ præbeant excolandæ, nisi in dictas formas redigantur. Vel denique sunt à natura huiusmodi meatus, adiuta ab arte, vasa omnia, per quæ veluti refudando percolatur aqua, sunt ab arte non absolutè tamen, cum illa, quæ à natura est, materia transitum præbeat, modus autem ab arte est. Tot igitur sint coli differentiæ præbentis transitum aquis. Si autem colum ita deferat aquas, vt talis fiat per partem post partem transmissio, vnam alteri deferendo, alteram alteri ad excolationem vsque, qualis est per filtrum, ascendit per ipsum aqua, ac excolatur descendēdo, erit altera differentia, quæ vnà diuiditur cum ea, quæ trāsitum aquis

Aquas per colantia à quib9 sint.

Duæ species excolationis.

præbet. Quarum differentiarum vna transmittendo percolat, altera deferendo.

SVMMA CAP. VI.

1 *Crassæ aquæ vel viscidæ depurantur magis defluxu, turbidæ autem, & qualitatum participes, per colum.*

2 *Percolatio est alicuius depurgatio per colum.*

3 *Quod sunt coli species, tot erunt excolationum modi.*

4 *Colum transmittit seu deferendo, seu præbendo transitum.*

5 *Meatus per quos excolandum percolat aut à natura sunt, aut ab arte, aut ab vtrisq; simul.*

CAPVT VII.

Cur excolentur aquæ: & quæ sit laudabilior excolatio.

Quòd excoletur tenuius relicto crasso.

TEnuiori per colū emananti, à natura insitū est, per loca densiora penetrare, crasſiori parte relicta, nec excolationi id propriè tribuitur, & si omni congruat, & semper, cum si naribus admoueamus linteolum transeuntes per malè olida loca, aerē inspiremus nō malè olidū, relinquit aër tenuior fętorē, quia crasſior vapor erat: aquę per filtrū labētes, si sint turbidæ, turbulentiā deponūt, nō poteſt ferri crasſio

præfer-

prȩsertim in ascensum: salsarum, vel nitrosarum, aliasquè qualitates prȩ se ferentium aquarum in terrei vasis, vel cerei, poris & meatibus, per rescidationem terrestre crassum, quod salsedo est, vel quid simile, non penetrat, vt tenue salsedinis expers: qua tenuiore parte paulatim implētur vasa hæc per meatus illos, & terrea & cerea, nec salso sapore gustum afficit illud tenue. Nec itidem penetrat crassius cum stillis ab arena, quæ multo breuiori tempore perficitur. A tenuioribus igitur inter omnia percolanda relinquitur crassum, vel sit pars aquarum substantiæ, vel quid externum aquis immistum: aquarum substātiæ partem dico id, quo nunquam carent aquæ ante percolationem, vt salsedine maria, & crassitie solem aquȩ occiduum spectantes externum sit, aquis immistum qualis arena, lutum, & quid simile. Externum igitur omne additum aquis, & partē in aquarū substātia crassiorem, per omne genus excolationum excolare colum valet. Inter quas omnes excolationes illa frequētatur à nautis, & apud omnes in cisternis, qua eo modo conflatur per arenas, quo aqua fit ex qua conficitur sapo: siue in lacubus, arena, vel aliis quibusuis vasibus: siue in fluuiorum ripis, siue in litore maris, vel alibi

Crassum relictū in excolatione quid sit

quæ excolationum frequentetur.

aliqua arte exposita repurgat aquam: sunt qui dolium sumant cuius medium intersecetur vndique ab alio fundo multis foraminibus paruis, vt arenam non transmittant, perforato: superiorem dolij medietatem tenui & purissima replent arena dulcis aquæ, inferiore quæ est inter fundum & fundum, existente vacua: In arenam iniecta aqua quocunque purgatur odore, ac sibi externo sapore, nec non eius densior substantia ibidem relinquitur, tenuior ab arenulis penetrans per medium quod intersecat, in fundum dolij, sic aqua veluti vinum de dolio hauriri quit purior seruata, magisquè frigida. Nec arena solùm percolat aquas, at quoque terrarum quævis species, si lapis non sit. Percolatæ aquæ huius effectus varij sunt ex emanatione per densiores vel rariores meatus, quia variam aqua consistentiam adipiscitur, tùm pluuiæ, tum aqua fontium. Inter omnes excolationum differentias laudabiliorem putarem, quæ fit per lanæ ellychnium, vel per filtrum, quam maxime laudibus referũt pluries repetitam Auic. etiam & Rhasis, ea percolationis est species, quæ defert aquam per sui partem post partem. Fiunt per hanc aquæ splendidæ, quem splendorem necessariò tenuitas comitabitur.

Quis modus excolandi laudabilior.

Non

Non eundem ſplendorem ac tenuitatem aſſequentur aquæ per aliam differentiam trium ſpecierum percolationis, & ſi omnis percolatio tenuiores ac magis pellucidas efficiat aquas: nā arena & lutū & ſi magis detergant aquas, non propterea eas perindè percolat vt filtrum: Qui arte meatus fiunt, non æquare primam ſpeciem percolando periclitatoribus conſtabit: non admodùm in vſum cadunt meatus à natura, cui ars opem præſtet, & ſi cadant, non ſolùm non adeo purgant aquas, ſed ſua qualitate eas inficiunt. Vſus tamen frequentior eſt apud omnes arenarum ad percolandas aquas, ratione forsàn earum commoditatis.

SVMMA CAP. VII.

1 *Tenuius omne percolat, per loca denſa, craßioribus relictis.*

2 *Craſſum quod relinquitur eſt vel pars ſubſtantiæ, vel quid extra additum aquis.*

3 *Excolanda excolant puriora ac tenuiora per filtrū, quam per aliam excolationis ſpeciem.*

4 *Excolatæ aquæ ſunt ſplēdidæ ac tenues, & puræ.*

CAPVT VIII.

Qualia eſſe debeant in ciſternis requiſita ad præparandas aquas.

Pluuias

PLutas aquas præparando duo nos docuit Hipp. eas decoctas, de qua decoctione in proprio loco tractabitur, & excolatas esse oportere. Non intelligatur excolatio lapsus, quem fluendo per tecta, canaliculos, publicasquè vias obeunt aquę plutæ, cum potius per hæc loca deprauentur, quam quid puritatis acquirant: sed per lutum & minutissimas arenas antequam introeant in cisternam: fluxum hunc speciem excolationis per meatus diximus à natura genitos, quid si ars arenā aggeret? Dictum est etiam in aquis quid efficiat percolatio per arenas: dicendum iam restat, primò qualis esse debeat arena percolans aquas: secundo easdem aquas recipiens cisterna quibus conditionibus muniatur: tertio qualem aquam plutam esse decet, & si ex lib. pr. desumi possit communi inquam nomine dicta pluuia, tamen hic magis aptam in hac specie perpendemus per aquarum plutarum differentias, penes earum præparationis modos: vltimò per arenas aquarum cisternę percolatarū quæ sint potestates, quod in sequens caput omittitur. Terrarum species quo densiorē retinent substantiam, eò magis aquarum crassius detinetur, tenuiore trāsmisso: quò tenuius est transmissum, eò ad aquæ naturam

Hip. in lib. de ae. aq. & loc. cap 14. lib. huius:

Cap. 6.

Cap. 7.

Cap. 9.

Arena qualis esse debeat percolās aquas.

ram propriam, proprius accedit, qua frui-
tur hominis temperies. Terrarum pingue
non habent arenę, quibus vti conuenit, si-
cuti terrarum aliquę, vt deponatur in aquá
àquo fiunt aliquę rubrę, aliquæ pallidæ se-
cundum pinguitudins differétias: per hoc
pingue immistum aquis, nisi labantur, pu-
trescunt cito, pingue fit cœnum in aqua,
ipsaquè male olida. Terra igitur pinguitu-
dinis expers, quæ densæ sit substantiæ, sit
aquarum transmissioni aptissima, cōmuni
tamen consuetudine ferè apud omnes ab-
sque ratione in catachresim venit, vt abu-
tamur glarea in aquarum plutarum perco-
latione in cisternas: glarea meatus den-
sos non habet, quomodo igitur crassum a-
quæ non trajiciet? visum est præterea gla-
ream aquas reddere duras, omnino dimit-
tendam censeo: dimittantur quoque spō-
giosi lapilli, quæ quidem aqua in eorū fo-
raminibus retinetur, putrit facile, & per
arenas colatur aqua dulcis, quę purissima
sit, colorem aliqué in aquam non inferés,
nec saporem, copia multę potius, quàm
paucæ, vt eius maiorem copiam tráseun-
tes aquæ tenuiores, retentis crassioribus
externisquè qualitatibus, ineant cisterná.
Cuius parietes ducantur ex lateribus prę-
coctis, calce, & arena, non puteolano pul-
uere

Glarea & spongiformes lapilli cur reprobentur in percolatione aquarum.

Cisternā qualē esse deceat.

uere, & fundum ex antiquis lateribus contusis arena & calce. Excissæ verò in petra apud montuosorum incolas omnimodo reprobentur, nisi circùmcirca quæ deceant obducantur. Morem aliquorum habitantium in maritimis ciuitatibus, presertim venetum vsum laudo, ædificatis cisternarum parietibus deforis vndiquè hinc inde inter terram, vel sit arena, & ipsos cisternæ parietes argillam in puluerem redactam calcando conculcant, ne parietes adeat nisi aqua non salsa, prius in argilla, percolata. Quæ in huiusmodi apparata loca decidunt aquæ, eo tempore plutæ colligendæ sunt, in quo nec frigora nec ęstus, nec flatum, nec tonitruum, nec denique aliam turbulentiam sumant ab aëre: nec à locis, in quos cadunt, qualitatem aliquam, puta à tectis æstuosis caliditatem, à gelu in iisdem frigiditatem, & adsimiles, & alias exteris aquis qualitates, vt decoctę & per dictas arenas in cisternam excolatæ potui fiant aptissimæ & idoneæ. Quatuor sint plutarum aquarum, quibus vtimur in potu, differentiæ, circa percolationem et decoctionem necessariò requisitæ ad earum probitatem: quarum prima est plutarum aquarum percolatarum & decoctarum: secunda decoctarum non percola

Aquas in cisternis quales, colligi oporteat.

Aquar. cisternæ quatuor differẽtiæ.

percolatarum, decoctas nunc intelligas & à sole & ab igne loco proprio declarandas: tertia nec excolatarum nec decoctarum: Quartam & vltimam differentiam constituant plutæ aquæ, præstantiores modos acquisitæ in percolatione ac decoctione, commodissimæ sunt ad naturalem statum: his & omnibus nequiores extant, nec percolatæ, nec à sole igneque decoctæ: decoctę autem & non excolatæ citius putrescunt impuræ: excolatæ & non decoctæ crudescunt eò magis in loco frigido, quarum qualitatum ab eis & nos simus participe.

SVMMA CAP. VIII.

1 *Arena percolans aquas sit penitus pinguitudinis expers, densæ substantiæ, & multa.*

2 *Vsus glarearum damnatur in hoc opere, & spongiosorum lapillorum.*

3 *Damnatur etiam puluis puteolanus, nec non lapides in cisternarum ædificijs.*

4 *Cisternæ scissæ in petra durißimam aquam habent.*

5 *Plutæ aquæ à sole decoctæ & excolatæ omnium optimæ sunt.*

6 *Decoctæ non excolatæ, impuræ putrescunt.*
7 *Non decoctæ sed excolatæ crudescunt.*
8 *Non decoctæ nec excolatæ sunt omnium pessimæ.*

CAPVT IX.

Cisternæ aquarum essentia & facultates.

Cur aquæ in cisternis non putrescant.

IN quouis apto profundo loco permaneat pluta & excolata aqua, & si diurno tempore ibidem, moram trahat, non putrit: maius à minori permutari non potest, maior & frigiditas in hac aqua, quam sit caliditas in continente, non sinit eam frigiditas rarefieri, vt segregentur partes, sed sic seruatur in eademmet natura. Hausta verò in aëre calido permanens, breuissimo tempore malè olet, per transit totam aquæ substantiam aër calidus, vnde breui calefacta, quoniam tenuis rarescit, citius adhuc quia omnigena putrescit. Non accedit his brumali tempore calor, quemadmodum aquis putealibus: puteales resipiunt quæ in terra fiunt, veluti si calida erit qualitas, calescunt, frigent si frigida, terræ sinus per transeunt, & in aërem editæ post exitum relinquuntur in terra: In cisternis autem

Aquarum comparatio putealium & cisternarum

autem propugnaculũ, quod parietes sunt, paratum est vndique obsistens inquinamentis terræ, cuius non recipiunt qualitates &alterationes inter hos parietes aquæ collectæ, quoniam inquam in terra non morantur. Pluuias has aquas excolatas, & decoctas, optimas dixit Hipp. leuissimas, dulcissimas, splendidissimas, ac tenuissimas. Tenuitatem ac leuitatẽ habent, quoniam sol hanc aquæ partem tenuiorem sursùm eleuauit ab aquis, crassum quoniam nõ ita rarefactioni aptum est, vt vapor fiat, non transiuit in materiam aquæ pluendæ. Apprimè hæc distincta sunt in primo libro, tamen hic ratione præparationis aliqua breuibus repetuntur. Dulcedinem adeptæ sunt à coctione: luciditatem ab excolatione. Quoniam tenuissimæ & leuissimæ sunt, citius permeant per quæ loca oportet, hypocundria, ventriculum, & cauitates reliquas: facilius calescunt &coquuntur, cibus per eas madidus concoquitur, aquarum effectus præcipuè attendendus, & madefactæ partes expellunt quod veteris habent: humores fluidi fiunt vt nutriant, & transpirent. Est aqua talis optimæ temperaturæ gratissima, vt quæ exquisita sit, appetat pura: dulcissima, gustui congrua, ex quo solùm o-

Substãtia.

Facultates.

ptimam aquam deduxit Aet. quem tamen per errorem labi sentio, dum vult ab hac eadem excretiones impediri, neque cibũ concoqui, neque madefieri: dixit hæc Aet. comparatione facta, inter aquam fontium & pluuiæ: secundò inter aquam adhibitam paulo post pluuiam, eamque pluuiæ, quæ excipitur multò tempore post ipsiusmet casum: propterea subdit, diuturnior acerbior fit, tardius digeritur, diutius moratur in ventriculo, denique huic aquæ condonat effectus aquarum veri frigoris, eosdẽ etiam tribuens aquis à pluuia statim exceptis. Verùm omnia hæc per accidens efficit aqua pluuiæ decocta & excolata, quatenus frigidior est fontana, frigidi est contrahere, frigiditatem suscipit maiorem, quia tenuior & decocta, at in ventriculo excalefacta, quod cito fit, contrarios sortitur effectus, ijs quos descripsit Aet. non modo non morantur in ventriculo aquæ pluuiæ præparatæ, & non adstringunt, verùm adeò madefaciunt, vt ex Hip. conducant ventres duros habentibus, & idoneos ad hoc, vt amburantur magis, quã pituitosis ventribus & humidis. Præterea si ex Hipp. plutæ aquæ ventrem facile & exoluunt, & eliquant, quomodo easdem dixit Aet. & coctu difficiles & acerbas? opinor

Ser. 3. c. 165.

Quib⁹ cõducant & quib⁹ non.

opinor tamen cum Aet. & febribus & morbis omnibus à bile siue infernè, siue supernè detineatur, vel reddatur, incommodam esse. Mutatur quàm facillimè aqua pluta in bilis naturam, præsertim æstiuo tempore, in corpore bilioso, tenuissima enim est. Hinc eius vsum iuuenibus, & ætate vigentibus, in æstate nõ consulo, imò eam infestissimam censeo, vel morbos, vel æstum parit, & alui fluxus à bile, eius continuus vsus, vel etiam multus potus: Quia tenuissima, facilè mouetur hæc aqua in vtramque partem, ita vt in putridis putrescat, & affectæ particulæ æstum adaugeat: Vnde morbis omnibus à putrida causa, vel in quibus calor natiuus mutatur in extraneum, aquas cisternæ non conuenire certum sit.

SVMMA CAP. IX.

1 *In cisterna aqua pluta non putrit, nec à terræ caloribus & qualitatibus afficitur.*

2 *Tenuissima est, leuissima, dulcissima, & splendidissima,* ex Hipp.

3 *Naturæ temperatæ omnium maximè conuenit.*

4 *Conducit habentibus ventres duros, & idoneos vt amburantur.*

5 *Biliosis, putrida coaceruantibus, iuuenibus, & in æstate non conuenit & separatim & cõiunctim.*

CAPVT. X.

Residentia quid sit, & modi residendi.

Quod vn⁹ tantum sit residentiæ modus.

Quod residit vbicunq; resideat, grauius est eo, in quo residit. Residunt in quoque humido grauiora, hoc posset induci ferè in omnibus : seiuncto grauiori, id, à quo seiũgitur, potui fit multò aptius : grauius pro potu aufugiendum conceditur ab omnibus, ratio est quæ ponitur in penultimo capite lib. 5. cum igitur sit residẽtia separatio grauioris in infimiorem partem, erit vnus tantùm residentiæ modus, grauioris inquam descensus, quẽ disponunt vel aquarum agitationes, vel earundem rarefactio, seu liquationem dicas. Impeditur quandoque descensus vel à rei substantia, vt in aqua antequam per coctionem rarefiat : vel à fluxu rei in qua est, superfertur terra per labentem aquam, etiam si sit grauis in alluuionibus aliquo temporis spatio : sed quoniam aliquando etiam absque inundationibus in aquis præsertim fluminũ residit postquàm perspicuæ haustæ fuerint arena, vel quid simile,

Residentia quid.

Differẽtiæ modorum residendi.

mile, propterea dicamus reſidentiam diſpoſitam ab aquarum agitationibus, fieri vel iam quieſcentibus aquis, qualis eſt arenæ tenuis in aqua fluuiorum hauſta perſpicua, vel non quieſcentibus aquis, ſed etiam labentibus ipſis, vt per imbrium inundationes in fluminibus lutum reſidit etiam ipſis fluentibus. Prior reſidentia cōmunis eſto & tenuibus, & craſsis reſidendis, poſſunt enim per eam quieſcentiam in aquis reſidere, & quod craſsiſsimis eſt, & quod tenuius: altera non niſi competit partibus craſsiſsimis: propterea in harum altera reſidentia cùm per ſe potui idoneæ ſint aquæ, eaſdem idoneas magis reparat, quando tenuius etiam reſidit cum craſſo: In altera autem cùm potui aqua illa non ſit idonea, quia turbida, aptatur potui. Quæ poſt liquationem fit reſidentia, quia aquæ ſubſtantia redditur tenuis, ambarum dictarum credatur optima, cum à caliditate conſletur, eius modus in proximè ſequentibus latè patebit.

Differētiarū comparationes.

Quæ differentia potior ſit.

SVMMA CAP. X.

1 *Reſidentia eſt ſeparatio grauioris in infimiorem partem.*

2 *Diſponitur reſidentia vel à liquatione, vel à fluxu eius in quo reſidendum reſidit.*

3 *Quæ ab aquarum fluxu disponitur residentia, conficitur vel quiescentibus aquis, vel labentibus.*

4 *Meliores aquas reddit ea residentia, quæ disponitur à liquatione.*

CAPVT XI.

Qualis residentia efficitur in aquis, tales illarum aquarum operationes erunt in hominem.

DVm agitantur mixta, antequàm resideát, miscentur magis: quiescentibus ipsis mixtæ iã partes in eum locum segregantur, qui est eis magis à natura: segregatio si sit à caliditate, in proximum locum, vbi tractabitur de decoctione, transferetur: si verò ea sit harum partium sic mixtarum segregatio, quæ conficitur in aquarum defluxu, vel post defluxum in quiete, seram vel citàm depositionem transiget, secundum propriam naturam eius, quod residit: vel eius, in quo residit, quod residit: residens erit velocioris vel tardioris descensus ex natura propria, vel per accidens: ex propria natura citius descendit in aqua terra nullo modo pinguis, quàm pinguis terra: per accidens non descendit

Cap.14.

Residendi differẽtiæ.

ſcendit arena tenuis in aqua denſa. Id in quo reſidẽs reſidit. Quò erit ſubſtantiæ tenuioris, citiorem in eo deſcenſum explebit reſidens, niſi ex accidenti aliquid obſiſtat. Regula his omnibus talis ſit vniuerſalis, velocior reſidentia luti, vel alterius aquis miſcendi ſit ſignum tenuioris ſubſtãtiæ illius aquæ, ſi alias non retineat qualitates, tunc erit aqua non optima, ratione non craſsitiei ipſius: tarda reſidentia ſit aliquando ratione non denſitatis aquarum, nam ſegregatum lutum, eademque aqua, ſi iterùm conturbentur, velocius quàm prius ſeperabuntur, ſed aliarum qualitatum ſubſtantiam aquę cogentium, quæ cum euanuerint, ſequitur velocior quá prius ſeparatio, veluti ipſius luti qualitas maximè frigida, vel etiam tenacitas, & viſciditas: ſi hæ ſtent aquæ aliquo modo concaleſcunt, & magis deorſum dimittunt, veluti aqua Tyberis, in qua æſtiuo tempore citius reſidit illud lutum, quá brumali: præterea ſi ſtatim hauſta coquatur, reſidit citius, quàm ſi non decoquatur: hoc euenire putandũ ratione immixti luti, cuius qualitas frigida eſt ac tenax: hinc aquæ Tyberinæ depurationi tempus præfiniri non quit, niſi hauriatur eodem anni tempore, eadem cœli conſtitutione, & iiſ-

Regula vniuerſalis.

Tarda reſidentia à quibus ſit.

Caliditas etiã cauſa reſidẽtiæ.

dem conditionibus æqua paritate conuenientibus haustis aquis. Citius enim residunt in loco calido existentes quam in frigido. In his & omnibus verum est, quòd quò magis prolongatur residentia, eò magis participes factæ sunt aquæ qualitatum ipsius luti: non habent tunc perspiratum quemadmodum quando inuicem labendo agitabantur. Post residentiam puriores aquæ prestantiorem substantiam sequuntur, & si tenuitatem non acquirant exceptis residentibus à liquatione, tamen per eorum secretionem, que pars aquarum nõ sunt, omnes munditiam adipiscuntur.

Residentię effectus in aquis.

SVMMA CAP. XI.

1 *Quo citius residẽda resident aquam tenuiorem indicant.*

2 *Aquæ in quibus resident, quæ non sunt pars aquæ, non tenuitatem, sed puritatem acquirunt.*

3 *Tarda vel velox residentia fit & aquarum ratione, & eius quod residit in aquis.*

4 *Tarda residentia aliquando fit non ab aquarum craßitie, sed ab alijs qualitatibus eius quod residit, quæ sunt visciditas, & frigiditas.*

5 *Expers pinguitudinis terra citius segregatur in aquis, quam terra pinguis.*

6 Tyberis

6 *Tyberis aquarum non datur terminatum tempus residentiæ.*

CAPVT. XII.

Cur decoquantur aquæ.

BEneficus est ignis in aqua, tum vterque ad omnium productionem, tum solus ad aquæ substantiam vt pro potu præstantior aqua potiorquè fiat: Inquirenda iam est huius causa. Non includere aquam in essentia eius dicebat Auic. partes dissimiles crassas & tenues, at homogeneas nacta partes, homæomeriam habet, quoniam corpus est simplex, crassescere autem contingit ei, aut propter frigoris qualitatem præualentem super eam aut propter validam commixtionem partium terrestrium: cum seiunxerit Auic. has duas spissitudinis aquæ causas, manifestè videtur in errorem labi, nam si de ratione aquæ frigiditas est, etiam frigiditatis effectus, in summo inest aquæ frigiditas: præterea aqua, quam decoquimus simplex non est corpus, dicitur simplex quia ad sui simpliciter esse non componitur ex aliis corporibus, sed ad tale sui esse possunt alia corpora misceri sibi, quod & si aquis per accidens contingat, tamen nisi hanc

Cap. 16. doc. 2. fon. can. pr.

An aqua, quam decoquim⁹, sit partiũ dissimilũ.

An frigiditas aquam cogens à partibus sit seiũcta terrestribus.

permixtam non decoquimus, propterea heterogenearũ est partium, & à frigidiori magis densantur eius crassiores partes, vt in gelu, sit frigidum in ea seu terrestre, seu alterum in aëre: sed his ad tempus omissis, si præualeat per Auic. in aqua frigidum quod non sit terrestre, neque erit frigidum aëris, cum aër natura sit egelidus, illudque frigidum in densitatem redigat aquam: tale frigidum vanum est dicere in eam spissitudinem aquam cogere, quæ repugnet naturæ ipsius aquæ, quæ est non esse tenuem neque crassam, cum frigidum illud sit aquæ essentia, & à natura frigus partes cogat, quarum substantia secundum naturam frigiditatem habet: hinc aquæ partes constant magis quam aëris, & terræ, quoniam siccitas frigiditati iungitur, magis quam aquæ & aëris. Non igitur eandem densitudinem, vel tenuitatem, & homœomeriam obtinet quælibet aquæ pars, cum non omnes in eodem ordine qualitates habeant, sicuti neque regiones aëris: & si hoc eis non sit à natura, tamen non priuatur vnquam intensiori caliditate, ac remissiori humiditate, suprema aëris regio, veluti media intensiore caliditate, eandem naturam habent

An eiudẽ aquæ partes easdem habeant qualitates.

vndi

vndique migrantem in naturam eius, cui propinquiores accedunt. Non solum non opponuntur frigidi effectus aquam incrassantis, effectibus frigoris partium terrestrium, aquarum substantiæ admisti, at vnum est idemque frigus. Aliàs contra Auic. sequerentur hæc absurda, aqua tepida iam esset decocta, esset enim ablatum illud frigidum spissitudinis causa: præterea aqua decocta dum infrigidatur iterum crassesceret vt prius, quæ esset igitur decoctionis vtilas? imo crassesceret à decoctione magis, quia magis frigesit: de tali frigido verba faciens dicebat Auic. primo spissitudinem, quæ est à frigore, decocti remouet, deinde rarefacit, vt secernatur terrestre. Frigidum igitur, quod aliud sit à terreis qualitatibus, non potest esse causa illius spissitudinis, quæ repugnet naturæ aquæ purissimæ, quoniam frigidum inquam non datur nisi terræ & aquæ: & in aqua, cui suum tantum naturale frigidum obtigerit, non insunt terreæ partes, vel si insint statim secernuntur ac descendunt absque alio vel decoctionis, vel ebullitionis artificio. Rarefit aqua per Auic. dum ebullit, nec solum dum ebullit, se detiam, quod verissimum est,

quomo

Vnde crassescat aqua.

quomodocunque calescat, etiam à sole. Dicamus nos crassitiem aquam nancisci tùm propter terreas partes, tùm ab aëre, sit impurus vel alterius qualitatis particeps: terrestres partes dico, nõ solùm, quod miscetur aquis, lutum, sed quoque luti qualitates: crassitiem hanc ignis deponit ab aqua segregatione propter liquationem. Aër & si tenuior aqua sit, non hinc inferre possumus puriorem esse, cum varias continuo impressiones recipiat & à compositis & à simplicibus, ignis exoluitur in aquis per halitum dum ebulliũt, frigidum ab eliquatione descendit, vel vi caloris consumitur. Sic igitur omnis aqua, etiàm optimæ substantiæ, vt opinor, per decoctionem dulcior, & purior euadit, ea excepta à qua excretum est leue, clarum, & dulce, exceptis inquã glacialibus, niualibus, stabilibus, & similibus his, in quibus, quod semel amittitur sit quæuis aquæ species, non amplius nuper acquiritur.

Effectus decoctionis in aquas, & aquarum partes.

SVMMA CAP. XII.

1 *Aqua, qua fruimur dißimilium est qualitatum, vt etiam aër. Suprema enim calidior & frigidior fit omni alia parte eius, secundum anni tempora.*

2 *Duplex est frigidum in aqua, & in terra.*

3 Aqua

3 *Aquæ frigidum non repugnat aquæ naturæ.*

4 *Aqua redditur impura tum ab aëre, tum à terra, quod emendat ignis.*

5 *Aqua inquinatur ab aëre, quia recipit aër qualitates à corporibis compositis & simplicibus.*

6 *Frigidum in aquarum decoctione vel consumitur, vel post decoctionem descendit cum terreis partibus, calidum exoluitur.*

7 *Aquæ, à quibus tenuius exolutum fuerit, per decoctionem nuper non redduntur tenues.*

CAPVT XIII.

An omnis aqua sit coquenda.

GAlenus aquas illas non decoquit, quę censentur optimæ per has tres notas, expertes externarum qualitatum & saporum: citissimè calescunt & frigesiunt: tertiò in his cito dissoluuntur quæ coquntur. Coquendas censet his contrarias saporem malum & odorem habentes, nimium in ventriculo morantes, ventriculum procellentes & grauantes. Si per Auic. coqueretur aqua, quia à frigido spissior euasit. Gallenus hanc inter illa reliquisset causam coctionis aquarum. Si liquari ac fundi contingit aquis per ebullitionem, sicuti per fusionem secernitur in metal-

Cō. 10. sec. 4. lib. 6. Epid. Optima aqua que secūdum Galenum?

Quas aquas decoqui vult Gal.

An aqua per decoctionem purior euadat.

metallis & ſpuma & fex, ac depurantur magis etiam puriſsima cur non pariter aquis euenire dicetur? aquam igne fundi certiſsimum eſt ibidem apud Gal. decoquatur quæuis aqua ampullæ, dum tepeſcit eleuantur, & à reſidentia pars ima ſuperiorè craſsior apparebit: per hęc multis digredi nõ oportebit, cum hinc inde colligere liceat horum dictorũ rationes: imperfectum à perfecto perficitur, & perfectum à perfectiori magis, diſtinguuntur per inuicem comparationem aquarum decoctarum & non decoctarum perfectum & imperfectum, erunt quid perfectius aquæ decoctæ, reſpectu non decoctarum, vt ex earum pelluciditate & dulcedine perſpicere licet. Non contingit aquis per ebullitionem, vt dictum eſt, tenuium partium euaneſcentia, relictis craſsioribus, ita vt denſitatem acquirant per euaporationem tenuium, quemadmodum credunt multi, perſpicientes forſan tenuiſsimas eſſe collectas aquas cum ſpongiis, lana, vel alijs ſuprapoſitis vaſi aquã ebullientem continenti: tenuiores non tantum, ſed & craſsi vapores in ſublimandorum compoſitorum efferueſcẽtia ab aqua reſoluuntur per ignem, craſsi dum tenuiores cõtinuò euadunt. Si ferueat ſublimandum non tenuis ſubſtan-

Secunda Ratio.

An aqua per decoctionem craſſeſcat.

ſubſtantiæ, quod eleuatur non ita tenuiſſimum fore certum eſt, quemadmodum ab eodem tantum tepeſcente. Si referantur inter ſe quod eſt delatum in ſpongias, ac deferendum quod eſt in aqua, non mul. interſe diſtabunt, continuò enim & craſſum & tenue defertur ſurſum, dum liquatur ebulliens aqua per feruorem ignis, tũc igitur aqua decocta craſsior non eſt eo, quod collectum eſt in ſpongiis, vel ſi ſit, fiet id per continuam aëris ſuſceptionem in ebullitione, ſpiritus caleſcens, qui in aquis eſt, attrahit humidum, aëris in qua ebullitione vtrũque humidũ aëris inquam & aquæ redigitur in vaporem, qui & aqua fieri potẽs eſt, ſi impingatur frigido. Cæterum aqua decocta tenuior erit ſe ipſa antequam fuerit decocta, ſigno fiunt hæc manifeſtiſsima vt dictum eſt per earum ſplendorem ac tenuitatem. Quod reſoluitur ab aqua tepeſcente tenuiſsimum omni naturæ conuenire non cenſeo, nec laudabiliores dicam huiuſmodi ſublimatas aquas, & excolatis, & decoctis, quoniam quod eleuatur propius accedit ad naturam aëris, quam aquæ, quid habens ab igne, & quod relinquitur, craſsiſsimum, eſt terrarum naturæ propinqum.

SVMMA CAPIT. XIII.

1 *Tres conditiones aquas habentes non decoquit*

Galenus, reliquas decoquit.

2 *Si aqua igne fundatur, omnis aqua debet concoqui.*

3 *Sublimandum vel tepescens tenue dimittit, vel bulliens crassum continuò fit tenuius in eo.*

4 *In aquis sublimandis, non idem euenit, quod in compositis sublimandis in his tenuius est sublimatum, in illis non.*

5 *Aquæ tepefactæ nec quod secretum est, nec quod relinquitur est aptum potui, quoniam non est liquatum adhuc.*

CAPVT XIIII.

Decoctionis aquarum modi qui & quales sint.

IN lib. de aër. aq. & loc. dũ dicebat Hipp. esse plutam aquam tenuissimam, splendidissimam, leuissimã, ac dulcissimam, dummodo decoquatur & excoletur: per decoctionem an intelligat eam, quæ in aëre fit à sole, vel quæ ab igne in vasibus, non apud omnes clarũ est, ego sanè vtramque, & eam quæ fit à sole iudicarem, & eã quę fit ab igne: ab his duobus coquẽda coquuntur: non aliam quam à sole præparationem vapores habent, vt coquantur, qui sunt aqua. Suppositum est in lib. pr. vapores,

Decoctio aquarum fieri potesta à dupliciagente.

A sole qualis, & quid fit.

res, ex quibus rursus fit aqua, aquam esse, nec ab eodem differre, nisi rarefactione. Si vapores in aëre non perfectè coquantur à sole, propter relisionem aliarum nebularum, ventorum, vel etiam & si coquantur, tamen dum descendunt denuò à nebula & caligine malam recipiunt qualitatem, aquam ex his genitam crudam dicimus, vel prauam, sicuti crudam densamque grandinis & niuium. Opinio fuit aliquorum adeò in aëre aquas decoqui, vt vapores ad aërem commixti, in eo vagentur per annum & vltrà, ex ijsdem deinde aquam fieri, at hæc mea non hic intersunt, verum est, magis minusuè decoqui à sole, iugiter tenue à crasso per rarefactionem seiungente, crassum descendit à tenui, rarefactum tenue permiscetur aëri. Sit igitur hæc decoctio tenuium aquæ partium rarefactio, crassarumque attenuatio. Eam, quæ fit ab igne, quoniam liquat partes omnes (pluta aqua multarum est partium, cum omnigeni sint vapores) fore in his aquis non omittendam censeo. Quæ per solis coctionem attenuantur, vt inquam tenue euaporet relicto crasso, plurimum differre credas ab his, quæ attenuantur ab igne, vel moueantur tantum crassum ac tenue, in aquis puta tepescentibus, non e-

Ab igne qualis fit.

Differētiæ vtriusq; de coctionis.

bullientibus, vel ita moueantur, vt crassum liquatum ab igne misceatur tenuiori: aquę à quibus tenue sol sursum eleuauit, rarefactæ dici nequeunt, effertur enim sursum quicquid est rarefactum, fit attenuatio non aquarum, sed eleuatorum ab aqua vaporum, quos decoqui dicimus non aquā, imò ipsam hanc crassescere: si quid frigidi alieni est in aqua, ad centrum vergit, contrarium aufugiens, hinc stabiles aquæ sunt æstate biliosissimæ. Tepescentium tantùm non vltrà decoctarum non fit substātiæ perfecta attenuatio, contrahunt aquæ tepescentes in suprema parte propter earum crassitiem densitatem quandam, quā si digido findas alterius ferè coloris aquam sub ea comprehendes, densiores partes, quoniā frigidores, propter eandē causam superiorem partem petunt, non nebula solùm est, seu vaporem dicas: propterea in depuratione plurimum succorum, quam clarificationem nuncupant, fæces descendunt, si succi illi exponantur soli, si autem igni exponantur ascendunt fæces. A tepiditate si sequatur ebullitio, miscentur maximè eò vsque, aër, crassæ partes, ac tenues aquarum, vt liquescant crassæ natantes super tenuiores: liquatæ ac tenuibus admistæ, aërem ambo simul magis capiunt

Tepescentium substantia.

Ab igne quid fit.

unt ac deponunt. Decoctionem hanc non dicas partium tenuium rarefactionem, sed crassarum & tenuium liquationem, vsquequo quæ liquari nequeunt inter crassa separentur, & crassiora reddita separentur ad faciliorem descensionem: nec solùm descendunt quia crassæ, sed quoniàm eorum descensui facta aptior est aqua: quibus seiunctis quod relinquitur splendidius fit, & leuius, quibus si addetur dulcedo, signum erit inseparabile optimæ aquarum decoctionis à sole, vel etiam ab igne.

Signum perfectę aquarũ decoctionis.

SVMMA CAP. XIIII.

1 *Coquuntur aquæ aut à sole, aut ab igne.*

2 *Illę partes aquarum coquuntur à sole, quæ ab eodem eleuantur ab aquis.*

3 *Talis aquarum decoctio est aquæ tenuis rarefactio.*

4 *Decoctio aquarum per ignem est earum partium tenuium & crassarum eliquatio.*

5 *Eliquantur per ignem vel imperfectè per tepescentiam, vel perfectè per ebullitionem.*

6 *Signum aquarum perfectæ decoctionis est dulcedo.*

CAPVT XV.

Quomodo aqua concoqui debeat.

Tex.10.sec. 4.l 6. epid.

COquantur aquę, quemadmodũ nos docet Hip. his verbis: aqua decocta partim vt aërem admittat, partim vt vas non plenũ sit & operculũ habeat. His Gal. duplicem sensum aptat, vel vt ponat Hip. modum, quo aqua decocta refrigerari queat, vel quo nos aquã decoquere possimus: primum sensum verisimiliorẽ testatur, inconsonum secundum, nullã inquit vtilitatem nobis præstat, si aqua dum decoquitur ab aëris occursu prohibeatur, vel ab ipso attingenda permittatur. Non equidem tantùm vtilitatem maximam adipisci censeo per aquæ decoctionis modum, quem ponit Hip. verùm fore multo peiorem ac nocuam aquam, si aliter coquatur. Coquitur vel sine operculo, vel operto vase, vel partim operto vase, & partim vt aërem admittat: dum operculum habet, eleuari totam aquam in ampullas, veluti in crematione vsu patet, id non liquationem aquæ, sed vstionem denotat per cocturam. Si sine operculo ebulliat, quoniam ampliorem occursum habet aëris frigidi, nec ita per calorem præparati, non

Differẽtiæ modorum aquas decoquendi.

non sic funditur, vt si partim aërem admittat, & partim operculum habeat, præterea ingrediens aër impurus in aquam, dum ebullit, inquinat eam, magis si ingrediatur multus. Vas non plenum esse conuenientius aquæ & aëris connexionem iungit. Multùm hæc igitur intersunt magnifacienda in medica scientia, vt hic disposita dentur in ignem puri & liberissimi aêris, non furni, quoniam aërem eius admittunt, vt comburatur aquæ frigidum, quod in æstate præcipuè caueatur. Ignis intensus sit vel remissus, aquarum decoquendarum ratione, crassissimæ aquæ intenso igne liquari exposcunt, remisso nequeunt, inter hos à medio non debito modo liquantur: talem intensionem & remissionem ipsæ aquæ præfiniunt. Tenuissimas aquas fundi oportet igne remisso. Inter tenuissimas & crassissimas mediæ, ab igne, qui inter intensum & remissum interijcit, à quo cremarentur tenuissimæ, sicuti nec densissimæ nec tenuissimæ ab eodem perfectè liquarentur. Non adeò igitur remissum ignem esse decet, vt debito modo non liquescant aquæ, nec adeò intensum, vt vrantur, quod, & vas, qualia esse debeant cum per se nota visa sint Hippocrat. non apposuit, solitæ

Ignis qualis conueniat.

ſtudens breuitati: vas vitro circumſeptũ, magis tuetur aquas à terreis vaſis qualitatibus. Quò igitur fuerint crudiores aquæ, eò plurimam ſuſtinebunt ebullitionem, molliores eliquabuntur citius.

SVMMA CAP. XV.

1 *Ex modo coquendi aquas, varias aquæ diſpoſitiones acquirunt.*

2 *Si cum operculo bulliant, vruntur, ſi ſine operculo, non ita purus ingreditur aer.*

3 *Aquæ dum ebulliunt, partim operculum habeant, & partim non.*

4 *Graduum ignis intenſio & remiſſio ſit aquarum ratione.*

5 *Intenſus ignis eſt qui aquis conuenit denſis & crudis.*

6 *Remiſſus ignis, tenuibus: Medius, qui aquis cõuenit inter tenues & craſſas.*

CAPVT XVI.

Decoctarum aquarum effectus.

Partes aquarũ quę in quæ loca ſegregẽtur à decoctione.

EBullitione perſeuerante omnia ſimul mixta feruntur & craſſa & tenuia, ab ebullitione autem ſegregatur partium vnaquaque in locum proprium, ita vt in

vt in ſuprema parte tenuius conſiſtat, craſsius in infima: quemadmodum etiam videre eſt in ſanguine, commixta ſunt omnia, dum feruet, frigefacto autem, ſeiunguntur craſſa & tenuia, ſic pars aquæ decoctæ ſuperior minus frigida putanda eſt, quam inferior: hæc magis cruda, illa magis coctilis: ſuprema humidior, infima, vt vno verbo dicã, terrea magis magiſque praua, propterea abijciatur ſemper pars aquæ decoctæ, non potanda, minor tertia inferiore parte. Ægrè enim tranſmittitur, frigiditate ac ſuo pondere vellicat nerueas partes, ſtomachum grauat, aluum ſiſtit & vrinam: Hanc aquæ partem peiorem cenſeo borealibus aquis: In illis adeſt eliquandum tenue ab inſito in nobis calore, in hac iam eliquatum eſt ac ſemotum. Reliquæ huius aquæ partes vltra eliquationem, expurgationem quoque adeptæ ſunt, non tantùm externorum, ſed etiam eſſentiæ ipſiusmet ſubſtantiæ, propterea naturæ familiaris eſt hæc aqua, conſentiunt inuicem ſimilia, aquæ tenuiſsimum noſtri vna pars eſt, altera autem rariſsimum ignis, dummodo elementorum congreſſus æqualem temperiem nanciſcatur. Sitim arcet epota, magis humectat ingeſta,

Qualitates decoctæ aquæ partium.

Facultates.

cibos emollit quoniam eliquata est, emolliti cibi, ipsaque emolliens facilius cōcocti distribuuntur citiùs, moram non contrahentes in hypocundrijs: & quia frigidiores partes in ea semotæ sunt, cerebro frigido, neruis, & ex eis contentis partibus, ventriculo, diaphragmati, & venis non est obnoxia, tamen quia humectat valde, fluxionibus à cerebro eam non conuenire puto, nec fluenti aluo, pituitosæque naturæ. Sūt qui ex Gal. multas inter se comparante, decoctas, & non decoctas, inferant aquis congruere, quæ ibi dicuntur à Galeno, nō mellis ratione, sed aquarum cocturæ, inquit Gal. decoctam mulsam carere morsu, non habere flatū, melius distribui, nutrire magis, vrinas magis mouere, & explere sitim. At ibi omnia referantur aquæ ratione mellis: si quis mellis naturam nouerit & decocti & crudi, ac naturam aquæ, præsertim quæ dicuntur ab Hipp. facilè omnia coaptabit aquis, non ratione coctionis, sed mellis.

Com. 5. li. 4 de rat. uic. inac.

2. de ra. vic. inac. tex. 41.

SVMMA CAP. XVI.

1 *Ab ebullitione eliquatæ aquæ pars tenuior supra est, sicuti densior infra, quæ frigida est & cruda.*

2 *Aquæ decoctæ pars minor tertia inferiori parte*

parte non est potanda

3 *Decoctæ aquæ pars inferior afficit neruos, grauat stomachum, expulsiuam sistit.*

4 *Reliquæ huius aquæ partes naturæ familiares sunt, leuißimæ ac dulces.*

5 *Quoniam emolliunt, in fluxibus, & in humidis non laudantur.*

6 *Mulsæ aquæ quæ tribuit Gal. conueniunt ei ratione mellis.*

CAPVT XVII.

Quot modis refrigentur aquæ.

FRigidæ aquæ potus, vel frigida super cutem obducatur, varios sortitur effectus, vt quæ diuersis affectionib a, qua diuersimodè præparari posit. Potest esse vel prius decocta, quæ deinde à frigidis occurrentibus sibi magis algeat, omne liquatum quia substantiæ rarioris existit, promptius alteratur: vel non decocta, frigiditatem habens seu absque alio artificio, qualem frigiditatem habent in æstate fontium aquæ, dum scaturiũt, & profundorum aquæ puteorum: seu arte quapiam frigiditatem adepta, quod artificium commune sit & his ac decoctis aquis, vtræque enim assequntur qualitates, quæ eis ob-

uiam fiunt: tamen ſuſcipiuntur magis à decoctis quam à non decoctis, in hoc tantum differant. Ambæ demittuntur, vt magis frigeſiant vel in puteum, vel in aquam frigidam, vel niuem, vel aërem, vel ventum rurſum datur in puteum, vel vt ipſius aquã tangat vas eas continens, qui modus non differt à ſecunda differẽtia, quæ erat aquarum, quæ dantur in aquam frigidam, vel vt non tangat aquam putei. Si in aërem vel nocturnum vel diurnũ, inter parietes domi exiſtentem, vel dio, purum, vel nebulis, exhalationibus, & vaporibus obtectum. Si in niuem, vel circumponitur aquæ vaſi, vel inijcitur in aquam. Si in ventum vel Boream, vel auſtrum, vel alium quemuis. Si denique in aquam frigidam vel terream & crudam, vel valdè humidam, qualis eſt iã ſcatens. Sint igitur quinque primi modi, per quos aquæ frigeſiunt, quorum cuilibet alij modi tribuuntur. Plurimum per has differentias abſunt inter ſe frigidarum aquarum facultates: abſunt etiam an ſi dũ refrigerantur operculum habeant, & ſit vas plenum, aut non, per quemcunque ſupradictum modum refrigerentur, aut non operculum habeant, & ſit vas plenum, vel non plenum. Hæc propterea de aqua refrigeranda dicta ſunt, vt nobis aquarum refri-

Modi aquas refrigerandi.

refrigeratarum per modos sic distinctos facultates innotescant: ad quæ si animum adhibebis, iam iam explicabuntur.

SVMMA CAP. XVII.

1 *Aqua refrigeranda aut non decocta est, aut decocta, quæ facilius infrigidatur, quàm non decocta.*

2 *Non decocta aut frigida est absque alio artificio, aut arte aliqua.*

3 *Vt refrigerentur aquæ & decoctæ & non decoctæ, dantur in puteum, in aquam frigidã, in niuem, in aërem, vel in ventum.*

4 *Refrigerandæ aquæ mittuntur in vas, vel vt operculum habeat, vel non habeat.*

5 *Vas aquam continens si sit plenum, vel non plenum, aquis dat qualitates.*

CAPVT XVIII.

Refrigeratarum aquarum diuersæ qualitates, per diuersos modos eas refrigerandi.

SÆpenumero dictum est, aquam, præsertim quæ purior est, cum sit magis qualitatis expers, statim suscipere, & resipere omnem eorum naturam, quæ misscentur cum ea, sit aër, ignis, vel terra, vel quoduis compositum corpus: quæ autem cum aquis non miscentur, at tangunt

gunt eas continens, per partem post partẽ recipiunt ab ijsdem non aliam, à primis, qualitatem: vas frigidum infrigidat se tangentem aquam, infrigidatur vas à continente: se mutuo expellunt caliditas & frigiditas, manente aqua in illis tantummodo alterata, verum per eandem alterationem, ab his qualitatibus aliquid necessario patitur aquarum substantia, non saporem, non odorem externum, veluti ab illis suscipit, quæ micentur cum eis, nisi vas illud hæc retineat, & in aquam, quam cõtinet, dimittat, sed effectus caliditatis, vel frigiditatis, humiditatis, vel siccitatis. Infrigidata, vel calefacta, plurimum differt an calescant à fauonio, an ab austro, an frigesiant à borea, vel tranquillo aëre. Boreæ expositæ, seu decoctæ, seu non, frigidiores duriores euadunt, magisque crudæ, conuenientes plurimum mollibus ventribus, continentibus pituitam & humiditates, atque multis egestionibus pituitosis: humidiores erunt frigefactæ in aëre tranquillo, magis æstuantes, si ab austro, si à fauonio crassiores. Ex his per flatus reliquos aptatos aquis constitutiones conjicito. Expositæ dio, molliores equidem quàm sint euadunt, molles inquam humectates, quoniam humida nox est: talis assignetur ratio dictis

Modus quo à quo vis alterẽtur aquæ.

Essentia & facultates aquarum à flatibus frigefactarum.

Dio expositarum.

dictis ab Hip. omnia per noctẽ sub dio exposita dabis febriẽtibus, his exceptis, quibus soluta est aluus: victus humidus febricitantibus conuenit, si autem plus satis egerat aluus, rationabilis ab humidis abstinẽtia: nocturnus igitur aër humectat aquas & decoctas & non decoctas, aquilonius & diurnus aẽr econtra, si nebulis non sit obrutus, tunc quales erunt nebulæ, talis erit præsens cæli status communicandus aquis. Si niui vel glaciei exponantur, vt in eas hæc injiciantur, durissimæ fient & crudissimæ, ex earum frequenti vsu cõuulsiones promoueri, neruorum distentiones, liuores, & rigores in febre, testatur Hipp. affectiones pectoris, quo infrigidato tusses excitantur, venæ disrumpuntur, & cerebro ab algore debilitato, cientur distillationes. Si clausum sit vas, in quo aqua seu decocta, seu non, contineatur, vt aẽr ingredi nequeat, adhuc calente aqua, calidioris erit essentiæ, & magis exiuata, præsertim si sit vas plenum, in quemuis locum detur aqua, vt frigefiat. Si demittatur in puteũ & vas operculum non habeat, magis forsan terram resipiet, quam si detur in aliam aquam frigidam, & in niuem, siue non tãgat, vel tangat aquam putei, etiam si gustus manifestam qualitatẽ non sentiat frigiditate

Lib. 3. de mor.

Aph. 16. lib. pr.

Niue refrigeratarum.

Aph. 17. & 20. lib. 5.

In puteo frigefactarum.

tate excepta, hanc suscipit, quoniam est in loco frigido: Verum magis vel minus, serius aut citius, ipsius aquæ substantiæ ratione, & vasis continentis aquam, vel propter remotionem & appropinquationem ad frigidius, denique propter intensiorem & remissiorem frigiditatem rei, cui appropinquant aquæ frigefiendæ.

SVMMA CAP. XVIII.

1 *Aquæ boreæ vt algeant expositæ, frigidiores fiunt, crudiores, ac duræ.*

2 *Austro expositæ æstuosæ: Fauonio crassæ.*

3 *Crudæ ac duræ aquæ conueniunt ventribus pituitosis.*

4 *Dio aquæ expositæ, humectant, conueniunt febribus, obsunt aluo fluenti plus satis.*

5 *Per niuem vel glaciem frigefactæ sunt durißimæ ac crudißimæ.*

6 *In quemuis locum aquæ dentur vt frigefiant, & frigiditatẽ suscipiunt eius, quod tangunt, & alias qualitates acquirunt à frigido.*

7 *Serius aut citius infrigidantur aquæ & decoctæ & non decoctæ quatuor ob causas.*

8 *Vase clauso pleno aquæ calidæ, etiam si frigefiat exiccatur tamen magis, magisque calefacit, quam aqua in vase aperto & non pleno frigefacta.*

9 *Aquæ resipiunt vel eas alterantia, vel quæ miscentur eis.*

CAPVT

CAPVT XVIIII.

Frigida aqua quibus sit commoda, & quibus non.

MAlæ temperaturæ quibus insunt à natura, & si similia appetant, ab eorum tamen, quæ appetuntur non moderato vsu facilè læduntur: quod si partem aliquam, seu totum corpus occupent non à natura, sed ratione morbi lædēdo actiones illorum, quibus insunt, appetunt contraria. Febri conueniũt frigida & humida, sed nō qualia sunt aqua, nec in omni morbi tempore. Si intēperies non occupet corpus, corporisquè partes, cum sibi inuicem non excedant componentia, vel nō appetet, vel ea tantum, quæ componentiũ proportionem acquisiuêre. Si alia appetat, ex defectu, per accidens est, appetitus defectũ semper indicat, vt sitis defectum frigidi & humidi, sitis horũ est appetitus. Aqua igitur frigida apta est appeti ab omnibus, ab habente intemperiem frigidã à natura, seu calidam præter naturam, ac etiam ab obtinente constitutionẽ optimam. Aquæ frigidioris appetentia, vel minus frigidæ est à validioribus & imbecillioribus affectibus iam dictis. Quod si satisfiat appetitui, dicendas pasiones potest & lenire sanando, & affligendo concitare magis aut

Appetitus defectum indicat.

Quibus obsit.

minùs pro ratione remiſsionis vel intentionis frigiditatis. Aqua omnis frigida naturali calori aduerſatur, exiguus ſuperatur ab ea & extinguitur, multum & validum aliquando iuuat, vel ex accidenti, quando retrahitur per antiperiſtaſim ſe colligẽdo, vel eum extinguendo, qui naturam grauet: propterea aqua frigida ſit aliquibus detrimento, aliquibus verò vtilitati. Incipiamus ab his quibus nõ conuenit, ad eos poſt hæc tranſeundo, quibus vtilitatem præſtat. Detrimentum affert aqua frigida habentibus temperiem vel viſcerum, ſeu omnium partium, vel declinantem parum ab æquali temperamento, vel imbecillem, imbecillem dico, etiam ſi totius corporis, aut aliquarum partium conſtitutio tẽperata ſit, puta ignis & aqua moderatè ſe inuicem humectent & exiccent, tamen erit non fortiſsimum ignis, nequè aquæ denſiſsimum, ſed habitus corporis vel exilis, vel gracilis, vel paucum ſanguinem obtinens à natura: Harum temperierũ trium naturalium, duæ, quæ ſecundum æqualitatem ſunt, & tertia quæ eſt ſecundum naturæ modum, frigidæ potionem renuunt, etiam ſi temperies alias ob cauſas eodem modo exiſtat imbecillis: declinans ab æquali temperamento, quæ dicatur naturalis

ralis intemperies ſequens naturæ modũ, ſi ſit ex anni temporibus humores diſponentibus ad eorum in aqualitatem recipiendam, hyeme & autumno non potetur aqua frigida : ſi ſit cuique propria cui ineſt à natiuitate, vt bilioſo inæqualis temperies propter bilem: non conducet aqua frigida & melancholicis & pituitoſis : ſi denique acquiſititia ſit, vel cui morborum, vel propter ætates, vel conſuetudines, non conueniet infra ponendis per hos habitus. Si autem partium omnium temperies ſit robuſta, non inæqualis, tamen earum aliquæ triſtantur frigida, vel quia ſecundum naturam algent, quales ſunt cerebrum, & ab eo nata, nerui, medulla ſpinæ, dentes, oſſa, venæ, pectus, præcordia, dorſum, ventriculus: vel quia non algent, ſed aut non aſſuetæ ſunt potioni frigidæ, aut craſſum humorem retinent, & cibum nondum attritum, tunc magis fit incoctilis, quia itetum denſat liquatum cibum vt fluctuet, ſeu cibum deponit à ſtomacho in venas, vt cruditate laborent, & frigeſcant ſanguinis fibræ, hinc coeuntibus apponitur, quoniam ſiſtit curſum ſpermatis : eorum qui eam non aſſueti ſunt potare, partes imbecilliores redditæ, difficilius conco-

quunt: si autem totum corpus, seu hepar, ventriculus, & aliarum partium aliqua frigida sint apud naturam, & inuenire queas an his conueniat frigidæ aquæ haustus, scopum præfigito in dictis omnibus ac dicendis, qui æqualis sit constitutio, in hanc intuens ad ipsam alias constitutiones referendo, quò magis ab ea corporis partium, seu totius intemperies à natura seu aliter excedent ad frigidum, eò plurimum ijsdem obest aqua frigida. Noxa, quam supremam à frigore posuimus, natiui caloris est extinctio, cuius defectus varios morbos parit, ex partium diuersitate: Vnde fortasse dicebat Hippocrat. morborum omnium vnus idemque modus est. Præterea etiam si dicta consentiant, frigidæ tamen potio detrimento est affectibus à frigida causa ducentibus ortum, siue absque materia, siue cum materia, vel humores crassi sint, vel tenaces, vel aquei, vel aliter putridi, propter putredinem nondum obtinet humidum propriam caliditatem, dum in humido naturali caliditas inest extranea, signa coctionis nunquam apparent in vrinis, secessibus, alijsque superfluis, illud hoc est in humoribus dictum à medicis cruditas & concoctio, quam impetit ob nunc dictam

In l. de flat.

Signa coctionis quatenus non appareant in morbis.

ctam causam potus frigidæ. Vlteriùs detrimento est in morbis, quos Fernelius immoderatam dixit materiam, si inquam euaserit crassa, densa, dura, coarctata, frigidũ hæc singula exacerbat. Non tantùm naturæ harum partiũ contra morbos non opitulatur aqua frigida, sed etiã instrumẽtalium, ac ambarũ simul, obstructione laborantibus à quacunq; causa dependeat, officit, ac tumoribus Phlegmonosis, edematosis, & scyrrhosis, occupantibus principẽ particulã, seu quamuis aliã, quos, nisi fuerint vlcerati insuppurabiles efficit, si autem vlcus obduxerint, mordet. Igitur intus & extra lædit aqua frigida, præsertim hyeme autumno & veris principio. Est sanè vtilitati omnibus contrarias supradictis affectiones & secundum naturam, & præter naturam habentibus: raræ texturæ habitui, temperiei calidæ, multum sanguinem habenti, assuetis eam bibere, morbis omnibus præter modum æstuosis concocta materia, propter quid, & quale præsidium polliceatur alibi dictum est in hoc tractatu, extinguit externum calorem, exiccata humectando lenit, morbi materiam depellit, refrigeratis & madefactis intestinis, hepate, stomacho, & venis, & calore externam superficiem

Cap. 7. lib. pi. de mor. dif.

Quibus prosit.

petente, vnde promouetur sudor. Est etiam vtilitati, quibus non insunt dictorum tumorum vllæ species, sed inflammationes, quales descripsit Hip. siue in articulis fuerint, siue alibi, vt erysipelas nõ vlceratũ, soluendo dolores, & eorum causã abscindendo.

Aph.23. sec.5.

SVMMA CAPIT. XIX.

1 *Intemperies & si curetur à contrarijs, non tamen in quouis subiecto existentibus.*

2 *Temperatum non potest appetere contraria.*

3 *Intensa frigiditas in aqua validum naturale calidum delectat, obest exiguo.*

4 *Ex tribus speciebus temperiei naturalis secundum æqualitatem, duobus officit aquæ frigidæ frequens haustus.*

5 *Temperatorum secundum naturæ modum aliquibus officit, & aliquibus non.*

6 *Cerebrum & orta ab eo tristantur propter potum frigidißimæ aquæ.*

7 *Assuetos frigidam potare iuuat aqua frigida, præsertim in æstate.*

8 *Propter frigidæ aquæ potionem mærent coeuntes.*

9 *Aestuoso ventriculo, & sanguine refertis, conuenit frigidißima.*

10 *Non facta digestione multus frigidæ potus coctionem*

ctionem impedit, in ventriculo & venis.

11 *partem aliquam frigidam naturaliter habentibus, quæ princeps sit, officit aqua frigida.*

12 *Vlceribus ac tumoribus à melancholia, phlegmate, & aqua, nocua est aqua frigida.*

13 *Detentis ab obstructione, à morbo frigido, vel cuius causa sit humor crassus, tenax, vel aqueus, vel aliter putridus, non concoctus, non conuenit frigidæ potio.*

14 *Cruditas inest in humoribus, dum humidum nō obtinet propriam caliditatem.*

15 *Dictis & si non omnibus contrarias patientibus affectiones præsto est potio frigidæ.*

CAPVT. XX.

Per caliditatem in aquis quid intelligatur, & calefaciendarū aquarum differentiæ.

DE vnoquoque quod aquam præparat cum dictum sit hucusq; quid sit, quot modis, & quousque per illas præparationes aqua posſit præparari, & inter quos modos pręstātiore posito, quid aqua ita præparata disponat & iuuando, & nocendo: perinde de aquarum caliditate, quod vltimum artificium hic est in aqua præparāda, methodo eadem pertractabis: Ordo in his quis fuerit.

aquam preparari posse dictum est de fluxu, percolatione, residentia, eam decoquendo, infrigidando, & calefaciendo. Caliditatis præparatio in aquis, & si earum naturæ repugnet, fit enim à contrarijs ipsarum substantiæ, tamen certum erit hominis naturæ non repugnare, vtilia nõ pauciora vt mihi videre videor per caliditatem in aqua vt decet calefacta consequimur, quàm per frigiditatem in eadẽ, verùm contraria potius medela est aqua calida, quàm oblectet gustum: laxantur à calido & contrahuntur villi à frigido, à qua contractione oblectamentum est gustus: hinc frigida multos delectat, & medelæ gratia non delectationis paretur caliditas in aqua. Calidam aquam intelligo, quæ ignem continens, non vlterius pergat vt vrat, eò vsque calefactam vrentem, vel feruentem dicas: inter hanc & tepidam huiusmodi ponatur caliditas maior & minor per appropinquationem ad tepiditatem & feruorem. Ad caliditatem disponuntur aquæ, tùm ab igne, tùm à sole, quamuis rarò exponantur soli calefaciendæ, scientia tamen singula complectitur: si difflent excitati ex his vapores à sole, relinquitur crassum inutile: pluries dictum est ab igne liquari, rarefieri aquam à sole. Si verò non difflent in semipleno

Aqua quæ dicatur calida.

Modi calefaciendarũ aquarum.

pleno

pleno vase dictis vtiliores, peiores autem erunt non difflantibus in vase pleno, quæ non laudentur pro potu, quoniam cõmota tantũ sunt crassum & tenue. De aquis, in quas egit ignis, quid inde accidat, si difflent, dum calefiunt in vase semipleno vel pleno, seu etiam si non difflent in ijsdem vasibus, olim dictum est satis.

SVMMA CAP. XX.

1 *Ordo in tractatione aquas præparantium est, vt posito quid sit, & quod modis, & qua ratione vnusquisque eorum modus fiat, absoluatur vltimò quid operetur modus ille in aquam, & aqua per modum illum præparata in hominem.*

2 *Calida aqua si non oblectet gustum, non tamen repugnat hominis naturæ.*

3 *Villorum stomachi relaxatio inappetentiam concitat, relaxantur etiam ab aqua calida.*

4 *Frigida aqua stomachi villos contrahens appetentiæ oblectamentum excitat.*

5 *Calefiunt aquæ à sole & ab igne.*

6 *Ab igne vel non vlterius pergat vt vrat, vel vt vrat.*

7 *Calefiunt aquæ ab igne per eosdem modos ac differentias, per quos coquuntur.*

CAPVT XXI.

Calefactæ aquæ quibus iuuamento, & quibus detrimento sint.

SI apud quem sit vsus aquæ calidæ, decoctionem ab igne passæ, hæc intelligatur, non ea, quæ non perfectè liquata est: vsus ille vel frequens erit in multa copia, siue in pauca quantitate ante cibum, seu à cibo, repleto ventre: vel non frequens cum ijsdem additis subdiuisionibus, cum scilicet potatur aqua, affatim vel moderatè, sumatur à cibo, vel ante. Nemini dubium est, dummodo aqua non sit praua delectari magis naturam ab ipsarum non multa copia, vsuque non crebro ante cibum, quàm ab his oppositis. Creber earum vsus affert debilitatem in carnibus, in cerebro, in neruis, sanguinis profluuia, debilitatem carnium, ipsarum effæminationem dixit Hippocrat. debilitatem autem neruorum incontinentiam, cerebri, mentis torporem: Magis talia fiunt, & qui ex his morbi sequũtur, si potetur multa, ventriculi scilicet, venarum, omniumque partium neruosarum, laxamentũ: adhuc maiora defert detrimenta, crebrò in quãtitate multa absorpta repleto stoma-

Vsus differentiæ.

Facultates nocendo. Hipp. 5. aph. 16.

ſtomacho, tunc cibum deponit potenter in venas, & quaſcũque partes, vnde cruditates, afflictiones, neruorum cruciatus, animi deliquia ſequuntur, & mors. Non ob id cauenda calidæ potio, ſed exoptanda potius, dummodo quis ea plus ſatis non vtatur à cibo, facultatis eſt, vt laxet, attenuet, eliquet, digerat, leniat, opilationes aperiat & poros, educendo & euacuando humores, ſtirias præſertim & ſputamina: calorẽ naturalẽ reparat, ſpiritus mouet, detergit à ſtomacho infimoquè ventre, quæcunque non naturalia ſunt, viſciditatẽ omnẽ, qua partes eædem prçter naturam induuntur, parat expulſioni, & per ſudores, quia mouetur tenue, liquato ſãguine, & per vrinas, ſeceſſus, & menſtrua: cibum in ſtomacho, qui infrigidatus denſatur, vt anxietudinẽ pariat, & calefacit & liquat, propterea ſtipatis ægris, & euacuatione indigentibus exhibenda oportet eſſe calida, non autem quibus fluit aluus. Reparat itaque naturam aqua calida ante & poſt cibum. Fiunt ijdem affectus circa idem à caliditate in aqua, verum cum multifariam multa ſpecie diſponantur ad aquæ caliditatem recipiendam, multæ erunt & variæ, multiſquè modis affectiones in illis generandæ: occaſio item non negligenda eſt. Subuenit

Iuuando.

Cur ægris ingerenda exibeãtur calida vel frigida.

aqua calida ofsibus , cerebro , eiusque partibus in vtraque affectione naturali & præter naturam, omnibus denique, quibus dictum est obesse potionem frigidæ, calidæ aquæ proficiunt. Occurrunt singulis locis frigiditatem obtinentibus seu à natura, seu exteram, propinquis in quam peregrino frigori, & remotis à familiari calore, fundunt quæ obstruunt, contracta laxant, à frigore, hinc distentiones, & conuulsiones mitigant, pessundatum pulmonē humoribus impactis in eo, quos disponunt in excreatum, releuāt, oppressa instrumenta spiritus frigiditate recludunt, naturalia in eorum statu conseruant, denique affectionibus omnibus medentur à frigida causa oriūndis, afficientibus præcipuè caput, stomachum & pectus, quales sunt omnes fluxiones post aures, ad oculos, gingiuas, fauces, & pulmonem, etiam si apostemata, vlceraúe promoueant. Medentur etiam cæphalgiæ, capitis dolori facilè ablatui, morbis quorum causa est pituitæ crassus succus, vel in ipso cerebri corpore abundet, vt in melancholico morbo, vel retineatur in meatibus cerebri, veluti in Epilepsia, à calido morbi causa expellitur, qoniam attenuatur calefiendo frigidum, liquatur

Ga.lib.3. de loc.aff. cap.5.

concre-

concretum non à natura, & roboratur pars affecta: his de causus præstò sunt etiam difficultati respirationis, & morbis eundem modum generationis habentibus: calidi est disgregare, & occlusa recludere. Efficax est etiam aqua calida ad vlcera pectoris, nec non quarumuis partium, si putrida non sint, nec fluxiones habeant, & fluctiones, aliundè etenim si fluant humores ad vlcus, magis attrahuntur à calido, si verò fluctuet pus in vlcere, humiditatis signum cum sit, magis humectatur ab aqua: Fœtores dissipat narium, saniem in auribus emanationi disponit: Iuuat scissuras ab algore in extremis partibus digitorum & calcaneo, quas dicunt perniones, ad serpentia vlcera comesa, non ratione aquæ, sed caliditatis, propterea cauendum ne tepescat in his, adiuuat etiam abscessuum suppurationes. Quod si multum calida potetur, vltra quas diximus facultates, validè flatus discutit, ita vt cholicos dolores, aliorũquè intestinorum, & ventriculi continuò dispellat, & dissipet inflationes in quacunque insint parte. Singultum, sitim, & tussim lenit: gutturis, laterum, vesicæque dolores mitiores facit vel sedat. Tepida verò potata, in vnaquaque dispositione
nau-

nauseam inducit & vomitum : vnde caueant syropos, vel quid aliud administrantes, ne tepida propinent. Plura huiusmodi huic & aliò infigi potuissent, quæ omissa fecimus, cum eorum planè cognitio ex aquarum positis qualitatibus, & per hos modos enumeratis effectibus, qui ad reliqua sint exemplar, nequaqam sit difficilis Propterea hic singulis exaratis aquam præparantibus, ad eorumdem simpliciũ complexum transcendere par est.

SVMMA CAP. XXI.

1 *Aqua calida multa & continuò potata obest & ante & post cibum, sed multo magis à cibo.*

2 *Calida aqua multa, raroq; potata etiam officit, non ita tamen vt supradicta.*

3 *Non multa aqua calida raro potata ante cibum proficit, & aliquando post cibum.*

4 *Aqua calida medela est & frigidis affectionibus, & quibusdam vlceribus exiccatis.*

5 *Valde calida, tamen vt non vrat, flatus discutit & dissoluit.*

6 *Tepida nauseam & vomitum prouocat.*

CAPVT. XXII.

Connexus sex modorum aquam præparantium.

Appa-

APparatæ aquæ per plures connexus modorum ſimplicium aquas præparantium, non alias habebunt poteſtates ab illis, quas obtinebunt apparatę per ſimplices modos: ſimplices dico ſex illos iam explicitos, defluxum, excolationem, reſidentiam, decoctionem, infrigidationem, & calefactionem: horum inquam quot complexus vnica aqua ſuſtinebit, tot eorundem adipiſcetur facultates. Cõnectuntur inuicem hi ijdem modi (quoniam vt plurimum eorum plurimi, & ferè omnes in vnum concurrere poſſunt ad aquas præparandas) vel vnica complicatione, vel pluribus, vel omnibus, per quas in vnam aquam conuenire poſſunt. Cum in his eadem ratio non polleat, quæ redigit in numerum coniunctiones fodinarum (hæc omnia ſimul, vt illa coniungi nequeunt, quoniam infrigidatio & calefactio nõ coeunt ſimul in aquam eodem tempore, quo potanda venit) vberiore doctrina perpendantur. Qui ſinguli ſingulis annectuntur modi, quod vnicam complicationem appello numero quatuor eſſe dicantur, defluxus, excolatio, reſidentia, & decoctio: infrigidatio autem & calefactio, cum vnus alteri non conſentiat, ſimul non cadunt inter differentias vnicæ complicationis, non addi-

Simplices connexus.

additur calefactio infrigidationi, nec calefactioni infrigidatio, verum alijs quatuor, vtrique coniunguntur. Ex defluxus annectione cum reliquis omnibus emanabunt quinque differentiæ, totidem ex reliquis eodem modo, tamen aliquæ excipiuntur, nam quod semel sumitur non repetatur amplius: si defluxus & excolationis sumatur modus, dum alijs iungitur defluxus, non repetendus iterum hic modus erit, dum iungitur alijs excolatio, quando vnus vni iungitur modus: ita vt vnam tantummodo differentiam constituat defluxus & excolatio, seu primò excoletur deinde defluat, seu secundo excoletur post defluxum: verum perantepositionem vel postpositionem modorum facultates magis & minus confundētur, quem vltimò aquæ patiuntur modum eius opus qualitates magis præ se ferunt, quam modi alterius, quem antea sustinuerint, vt si excolata frigesiat. Ex infrigidatione & excolatione, quatuor solum emanabunt. Excolatio cæteris iungi potest, vt defluxus: Defluxus etenim vel percolationi, vel defluxa & decocta sit, vel post defluxum calefacta, vel infrigidata magis à defluxu, vel quæ post defluxū resideat. Sic annectatur percolatio vel residētiæ, vel de-
coctio-

coctioni, vel infrigidationi, vel calefactioni. Sunt numero nouem modi, per quos percolatio ac defluxus habent cum cæteris complexus. Itidem residentia iungitur decoctioni, infrigidationi, & calefactioni: defluxui autem & percolationi superius iuncta est, dum defluxus & percolatio reliquis iuncti fuêre. Decoctio denique infrigidationi & calefactioni, sicuti suprà residentiæ percolationi & defluxui. Sint igitur quatuordecim modi præparandi aquas complexi vnica complicatione. Pluribus autem complicationibus iunctos eosdem modos hoc ordine prosequemur, vnâ duobus inuicem iunctis, qui singuli supersunt se complicabuntur. Deinde cum tribus, iisdem iidem reliqui eodem ordine coniungentur. Complicationes modorum trium iunctorum cum reliquorum modorum vno, ita vt vnà modi annexi quatuor sint numero, erunt non nisi duæ tantummodò differentiæ, trium autem modorum connexus erunt quinque: Quarum complicationum prima est, quando defluxui & excolationi se inuoluitur vel residentia vel decoctio, vel frigiditas, vel caliditas. Secundus, quãdo absquè excolatione in defluxũ & residentiam cõgeritur decoctio, seu algor, seu caliditas.

Connexus quatuor modorũ.

Trium modorũ connexus.

Tertius

Tertius, quando absquè percolatione & residentia defluxui simul & percolationi additur vel infrigidatio vel calefactio Quartus, quando percolationi ac residentiæ cõnectitur vel decoctio, vel infrigidatio. Quintus, quando absque defluxu & percolatione cum residentia ac decoctione cõplicatur vel infrigidatio vel calefactio. Cõstantium ex modis quatuor primus est residentiæ, percolationis, & defluxus connexus vel cũ decoctione vel infrigidatione vel calefactione. Absque defluxu autem in vnum coire possunt excolatio, residẽtia & decoctio, seu cum infrigidatione, seu cum calefactione. Plurium igitur modorũ concretiones numero sunt decem & nouem: quibus si modi addantur vnius complexus, quos numero posuimus quatuordecim, numerum explebunt modorum triginta trium. Duæ denique tantũ omnium modorum sibi inuicem copulatorum sunt annexionis differentiæ, quando in vnum congestis defluxui, decoctioni, percolationi, & residentiæ adhæret vel infrigidatio, vel calefactio. In totum igitur dictorũ modorum complicationes numero sunt triginta quinque: quarũ laudabiliorem puto defluxum, excolationem, residentiam ac decoctionem, quando simul concurrũt

Connexus modorũ omnium, quibus cõnecti possunt.

si mo-

hi modi omnes, vt aquam præparent, præsertim si præstans erat aqua ante sui præparationem. Operationes verò, & huius optimæ, & aliarum aquarum per hos cõplexos modos apparatarum, ex ijsdem nõ complexis modis labore ferè nullo elici possunt: sed facilius & operationes, & quales aquæ sint per hos plures modos apparatæ ex sequentibus accipito, conuenientias ac discrepãtias sex horum modorum euoluentibus.

SVMMA CAP. XXII.

1 *Modi præparantes aquas sunt simplices aut complexi.*

2 *Complexi aut duorum complicatione, aut trium, aut quatuor aut quinque.*

3 *Vnica complicatione complicati, sunt in quibus vnus vni coniungitur.*

4 *Pluribus iuncti complicationibus modi sunt, in quibus duo vel tres, vel quatuor simplicium modi concurrentes in vnum, vni etiam reliquorum connectitur.*

5 *Facultates in hominem horum modorum inuicem annexorum sunt à simplicibus modis.*

6 *Connexiones omnium inuicem modorum sunt numero triginta quinque.*

CAPVT XXIII.

Sex modorum aquas præparantium conuenientiæ ac discrepantiæ.

NOn immeritò apparatarum aquarũ simplicibus & cõplexis modis explicitis, nunc eorundem sex explicantur conuenientiæ ac discrepantiæ: quę & si ex simplicibus (vt dictum est) coniectari poterant, tamen hic breuibus accipientur hinc inde ex eorundem modorũ differentijs exarata, & inter se per dictos modos omnes collatis effectibus in aquis, compendiosa sanè methodo propositum scopũ attingemus. Conueniunt in hoc tãtum omnes modi vt aquam alterent, alteram faciunt ab ea, quæ prius erat non in substãtia, sed vel solùm in qualitatibus, vel in qualitatibus in substantia: qualitates dico tenuitatem ac crassitiem, densitatem & raritatem, puritatem & impuritatem: non facilè separantur qualitates in substãtia, quando per easdem altera facta est aqua, facile amouentur quando altera facta est non in substantia, sed in qualitatibus tantum: per has qualitates altera fit, quando infrigidatur vel calescit: Per qualita-

Omnium modorum cõueniẽtia

Qualitates in substantia.

qualitates autem in substantia quando decoquitur, residit, percolatur, vel defluit: per hos quatuor modos in quibus & cæteris duobus in præsentia poteris probiores aquas elicere, leuior fiet, tenuior, splendidior & oblectabilior: quibus si infrigidatio iungatur vel calefactio, non tantùm in his omnibus quatuor simul sumptis, secundum eius naturam qui ebiberit eam, fit naturæ magis vel minus cōmoda, sed etiam in reliquis omnibus horum sex modorũ differentijs. Delabens aqua semper aliquid habet admixtum, nec per se fluxus dilucidat aquas, verùm per fluxum perspirant magis, vt fiant minus putres, sicuti per decoctionem dulciores. Calefactio & si fundat aquam, tamen non est ad aquæ depurationem vel tenuitatem, nisi a residentia post decoctionem facta fuerit, medela erit igitur aquæ respectu nostri. Infrigidatio substantiam aquæ cogit, quod purissimæ repugnat aquæ, medela est, quod succurrit illius naturæ cui medemur: non sunt igitur ad aquæ depurationem infrigidatio & calefactio, sed ad frigidæ calefactionem, & calidæ infrigidationem, quod est alteratio supradicto modo. Nihil itaque alteratione excepta commune est vnà omnibus mo-

Quæ acquirat aqua ꝑ hos modos.

Calefactio & infrigidatio non sunt ad aquæ depurationem.

In quibus cõmuninicent singuli modi.

dis. Singuli sic in vnum incidunt: Defluxus cum decoctione, vt crassæ partes fiant ab his tenuiores: calefactio cum defluxu, vt concitentur partes in aquis tenues & crassæ: Defluxus cum infrigidatione, vt impugnent caliditatem continentis, ne propter eam corrumpatur aqua, necnon etiam vt aëris humiditas vertatur in aquam: Residentia cum defluxu, vt crassiores partes dimoueant, dimouet etiam excolatio, sed tenues: Percolatio ac defluxus minus putres aquas reddunt. Inter se dissident hæc posita, percolatio tenuia separat à crassis, defluxus hæc eadem miscet: à residentia crassa commouentur, vt resideant, à defluxu vt fluxu terantur: tuetur aquas infrigidatio coarctans aquæ partes, ne calorem suscipiant externum, easdem, vt aërem suscipiant, defluxus rarefacit: calefactio aquam concitat liquando, defluxus terendo: perinde differt à defluxu decoctio: hæc impertiuntur defluxui cum reliquis modis consentienti vel discrepanti. Quæ autem residentiæ eodẽ modo impertiantur, prosequamur: ipsa & excolatio separant crassum à tenui, propterea puriores aquas efficiunt, verùm excolationi proprium est excolare tenue, relicto crasso, residentiæ verò crassum

Differẽtiæ eorum.

Defluxus cũ reliquis quinque cõparatio.

Residentiæ cũ reliquis

ſum relicto tenui: Infrigidatio & reſidentia extorquent aquæ partes, reſidentiam, dictum eſt, eſſe modum & eorum, quæ aqua non ſunt, vt arenæ & limi, & aquæ partiũ, ſiue aqueas, ſiue terreas deponat, aqueas vt poſt decoctionem, at per infrigidationem tenuia extorquentur, per reſidentiam craſsiora: Reſidentia & calefactio magis penetrantes aquas referunt, verùm calefactio per caliditatem, & reſidentia per tenuitatem, præterea vtræque agitant aquas, infrà & ſuprà agitantur à reſidentia, etiam per omnes alias loci differentias agitantur à calefactione: decoctio & reſidentia per hæc diſtant & conueniunt, decoctio per reſidentiam ſeparat craſſum à tenui, taliſque reſidentia per rarefactionem à decoctione ſeparat illud idem, in iiſdem igitur craſsiores aquæ partes in infimum locum deſcendunt. Modus aquam excolendi adeò differt ab infrigidandi modo, vt ferè difficilis ſit eorum inuentio, quæ participant, quod ex his differentiis ſeligito, labitur, dum excolatur aqua, cohæret dum frigeſit, à qua coherentia opaca redditur, ab excolatione verò ſplendidior: calefactio abeſt ab excolatione, nam alter modus ſeligit aquas, commiſcet alter, ambobus com- Percolationis cũ reliquis.

munis eſt tenuium defluxus à craſsioribus, at in calefactione tenue fit, dum caleſcit craſſum, in excolatione non producitur tenue, ſed à craſſo ſeiungitur: Excolatæ aquæ & decoctæ differunt quia in decoctione per attenuatas aquæ partes reſidit aquæ craſſum, in excolatione non item, hinc inter ſe conueniunt, nam ambo ſegregant vt etiam reſidentia, vnde fiunt pellucidæ ac puriores, at in reſidentia deſcendit craſſum, in excolatione deſcendit tenue, non moto craſſo. In decoctione craſſum & ſi deſcendat, dictum eſt quomodo, & in quo hic deſcenſus differat à reſidentia. Reliquum eſt abſoluendum in quæ concidant, & per quæ diſſentiant decoctio & calefactio: Infrigidatio & decoctio: & quod vltimum eſt in quibus diſcrepent infrigidatio & calefactio, vt participationibus omnibus, & diſsidijs horum inter ſe modorum finis imponatur: communicant infrigidatio & decoctio per denſitatem partium quæ in decoctis aſpicitur & infrigidatis aquis, inferiores aquę partes denſantur per decoctionem, vt videre eſt in ea quæ iam reſedit, de hac loquor cum decoctionem dico, in infrigidatione verò vel æqualiter denſantur, vel denſiores fiunt

Decoctionis cũ reliquis duobus.

unt supremæ partes, præterea per decoctionem aquæ sunt tenuiores, non itē per infrigidationē. Decoctionis & calefactionis ambo modi aquas emolliunt, nā plurimum humida siccū terreum ita continentia, vt humor moueri non possit, nisi cum ipso moueatur siccū terreum emolliūtur à calido: in decoctione hæc magis tenuiora fiunt quā in calefactione, præterea in calefactione nō iam perfectè liquatæ sunt partes, secus in decoctione euenit. Denique à calefactione dissidet infrigidatio, cum in nullo conueniant nisi in alteratione, quoniam per calefactionem leuior euadit aqua, per infrigidationem diutiùs moratur in hypocundrijs. Sic per omnes horū modorum differentias ac similitudines accipito naturas & facultates aquarū: quos modos inuicē si plures iunxeris, in eodem cōmunicare reperies, vt puta susceptibilem aëris reddunt aquam defluxus, decoctio, calefactio: splendidiores fiūt à decoctione, residentia, & percolatione: pariter ad reliqua mentē adhibeas, nā per decoctionem, residentiā, & calefactionem, euadūt aquæ leuiores: tenuitatē verò in aquis excitat calefactio, residentia, & excolatio: decoctio aūt pcolatio, residētia & calefactio p hos vnà modos omnes erit omnib aqs aqua penę-

Modorum calefactionis, & infrigidationis dissidium.

Per quos modos aqua preparata erit prestātior.

trabilior cæteris paribus: residentia, percolatio, decoctio, & infrigidatio gratissimam gustui aptant aquam. Quæ quidem efficiant aquæ, dulces, tenues, puræ, splendidæ, & leues, partim per hæc eadem capita sumito, nec non per dicta superius sæpè sæpius, partim in proximo vltimo libro exarabuntur.

SVMMA CAP. XXIII.

1 *Differunt & consentiunt per hos sex modos aquæ præparatæ, vel in qualitatibus, vel in qualitatibus in substantia.*

2 *Omnes modi sex conueniunt, quod aquam alterent.*

3 *Alteram faciunt vel solùm in qualitatibus, vel in qualitatibus in substantia.*

Epilogus in libro quarto dictorum, in Tabularum speciem digestus.

Tab.14. AQuarum præparatio est depuratio illarum substantię, vt iuuent attractiuã retentiuã, digestiuã, & expulsiuã: depurantur per sex modos. Per defluxum, à quo fætidæ & putres putrediné deponũt. viscidę & glutinosę detergũtur, crudę ac du rę aliquã maturationẽ assequũtur: vide Ta. 15. Per

15. Per reſidentiā, vt fiant ſplēdidiſsimæ, ac tenuiſsimæ. Tab. 16. Per percolationem vt craſsius deponant percolando tenuius, & qualitatum expertes fiant ſub. Tab. 17. Per decoctionem liquantur & dulceſcunt, vt in Tab. 18. Per infrigidationem, vt denſentur & crudeſcant, in ſtomacho longiorem moram trahentes, vt per Tab. 20. Per calefactionem, vt emolliantur & magis penetrent leuiſsimæ, vt in Tab. 21.

Defluxus aquas præparat, ſiue per eum moueantur aquæ ſecundum naturam & fortuito, vt eſt aquæ deorſum per ſaltus, differentias eaſdem habet, quas habent ambę, defluxus ſpecies, naturalis, inquam & fortuitus: fortuitus, per quem mouentur aquæ per vnamquamque loci differētiam, niſi deorſum, eaſdem etiam habebit facultatis aquarum differentias, cum eædem ſint harum motionum differentiæ & naturalis defluxus, in quo mouentur aquę per ſe vel à prohibente locum, ſi quæ huius defluxus habentur ſpecies, eædem erunt cum ſequentibus, vel à ſe, huius motionis ſpecies erunt aut ſimplices, aut compoſitæ: ſimplices deſumuntur & à ſpecie defluxus, defluunt enim curſu citato pellucidas, leues, tenues, & minus participes qualitatum efficit aquas, quam lentus curſus: Tab. 15.

ſus: obliquo per quem minorem perſpiratum habent, & plurimam luti admixtionem, quam ſi recto curſu mouerentur. & à locorum per quos defluunt diuerſitate vel penes aſpectum quem habent ad ſolem, & poſitum vt in ſecundo libro dictum eſt, vel penes figuram ſi ſit montuoſus locus frigidiores tenuiores & magis ſplendidas continet aquas, quam planus locus at in hoc diuerſas poſſunt recipere qualitates aquæ, propter varios defluxus: ſi ſit concauus craſsiores & æſtuoſas aquas habet, quas facultates aquæ non obtinent altorum locorum, ſunt ferè eædem cum aquarum facultatibus in locis montuoſis, verum illæ frigidiores ſunt & magis crudæ. Compoſitæ ex his ſimplicibus conſtant pluribus modis, poſſunt enim ſpecies defluxus in aqua omnes vna ſimul coire, quas ex his inuicem aptare poteris defluunt aquæ per altos, concauos, planos, & montuoſos locos latæ motu obliquo, citato, lento verſus orens, medriem, ſeptentioné, occidés: recto motu in locis omnibus citato & tardo non defluũt quoniam per montana ſemper citato motu mouentur, nõ bonę cenſentur, per plana & in reliquis duabus differentiis vtroq; motu citato lento

mouen-

mouentur per quascunque plagas: partim obliquo & partim recto per quem vis positum moueri possunt motu citato lento, citato & lento.

Residentia in aquis est grauioris separatio in infimiorem partem, propterea à residentia aquirunt aquę & puritatem & tenuitatem: eam disponunt aquarum vel agitationes & defluxus, fit vel labentibus aquis vt in imbrium inundationibus cõpetit nõ nisi crassissimis resĩdẽdis: & post agitationes quiescentibus ipsis, communis est residendis & tenuibus, & crassis. Vel rarefactio seu liquatio, per quem modum, & etiam superiorem residenda resident aut serius, aut cito, ambobus communia sunt dicenda, euenit ratione vel crassæ aquarum substantiæ, in qua tempore longiori residendum descẽdit, quam in aqua tenui. Vel eius quod residit, erit aut pars aquæ inficiens quam tangit aquam densitate quæ est à terra, ab aëre, & ab vtrisque, seu grauedine propter terreas partes, quæ continuò fiunt aquæ. Aut erit quid aliud aquis mixtũ impediens residentiam sui ipsius quia est tenax, viscidum, crassum, vel frigidum. Tab. 16.

Percolationis aquarum tot erunt modi, quot sunt coli species, colũ erit vel deferẽs Tab. 17

aquam

aquam per sui partem post partem, ita vt percoletur tenuius, filtrum, & lanæ ellychnium, spendidiores & tenuiores fiunt aquæ quam ab alio percolationis modo: vel transitum præbens aquis per suosmet meatus factos, seu à natura, vt qui arenarũ sunt & luti: seu ab arte vt in pannis laneis, & in his, quos setas dicunt: seu à natura cui ars opem tulerit, vt vasa transmittentia veluti resudando terrea, & cerea.

Tab. 12. Cisternarum apparatus consideretur penes ea loca, vel in quę cadunt aquę, dum pluunt, sint omnibus immunitijs, & qualitatibus vacua, sicuti omnia alia loca ab aquis tacta esse debent: vel per quæ excolantur in cisternam, repleantur nõ glarea, sed arena densa substantiæ, minutissima, multa pinguitudinis experte: vel in quibus morantur dicto modo excolatæ, sit non scissus in petra, aëri purissimo expositus, cõstructus ex lateribus, calce & arena. Aquarum verò cisternarum substantia tenuissima est, leuissima, splendissima, & dulcissima: Qualitates differunt penes coctionem & excolaturas vt in 3. Tab. dictũ est, & penes tempus in quo colliguntur, hyeme frigidissimæ sunt & crudæ, æstate æstuosę, autumno exhalationibus refertę, vere omnium optimæ: facultates deniq; earum

earum conducunt naturæ temperatæ, & quibus ventres duri sunt, non conducunt biliosis & iuuenibus æstiuo tempore, his præsertim, quibus coaceruatur bilis in eorum ventribus.

Decoctio aquarum fit à sole, vel ab igne, per decoctionem à sole tenue euaporat relicto crasso, decoquitur igitur solum tenue, propterea hęc decoctio est aquę tenuium partium rarefactio. Per decoctionem ab igne liquatur crassum & tenue, ideo omnes aquæ coquendæ sunt: consideretur vas, vbi coquntur, terreum sit, vitriatum, an dū coqunt, aquæ sit plenum, aut eius pars media tantum, vel inferior aquam habeat, aquæ tunc vel vruntur, vel non benè liquātur, eius igitur pars quinta vacet aquis, reliquis quatuor expletis: & an operculum habeat, dum ebulliunt, tunc ferè vruntur aquæ, & exiccant potatę, si operculum nō habeat non ita præparatus ingreditur aër, si partim habeat, & partim non, melior fit liquatio. Consideretur ignis an sit intēsus, aquam adurit nisi crassissima fuerit: an sit remissus, nō liquat aquam nisi tenuissimā, an sit mediocris, hoc aquam liquare oportet inter crassissimam & tenuissimam. Aquarum per ignem conuenienti nunc posito modo decoctarum substātia, superior Tab. 19.

tenuis

tenuis erit dulcis, pellucida & leuis, pars inferior à residentia post decoctioné crassa frigida est, non commoda potui: earundem si spectemus facultates, pars minor tertia inferiore parte neruis officit, grauat stomachum, expulsiuam sistit, reliquæ superiores partes bonæ sunt, verum non conueniunt naturaliter humidis quoniam emolliunt, & in destillationibus.

Tab. 20. Infrigidanda aqua erit aut decocta prius, vt intensiorem recipiat frigiditatem, aut non decocta, ambæ vt magis frigefiát dantur vel in puteum seu alium locum subterraneum in æstate vt aquam tangant per quam frigefiant, seu non tangant ipsam: vel in aquæ frigidæ scaturiginem: vel in niuem circumponendam vasi aquam continenti, seu inijciedam in ipsam potandam aquam, fit crudissima & densa: vel in aërem nocturnũ, nebulosum, diurnum inter domi parietes, sub dio: vel in vẽtũ, sunt talis constitutionis, qualem diximus venti facultatem in Tab. 3. Frigidæ aquæ potio non conuenit affectis morbo frigido à phlegmate seu melancholia, & æstuoso morbo non concocta materia. Nec conuenit partibus ijs quæ vel secundum naturam algent cerebrum, & quæ oriuntur ab eo nerui panniculi cordæ ossa, li-

sa, ligamenta, & similem his naturam habentia: vel non algent secundum naturam sed aut imbecilles sunt quia pauci sanguinis, siue temperaturæ non calidæ & si non algeant, siue sanæ non sunt: aut quamuis non sint imbecilles, tamen vel non assuetæ sunt frigidæ potioni, vel si assuetæ tamen retinent adhuc humores crassos seu viscidos nondum digestos, & cibum non concoctum. Denique neque conuenit frigidæ potio temperamento partium vel totius naturali secundum æqualitatem imbecilli, & secundum naturæ modum si sit ex anni temporibus, temperamento quod humores nanciscuntur & hyeme, & autumno: Si sit proprium à natiuitate melancholico, & pituitoso: si sit acquisititium propter ętates & senibus, & hic proximioribus, propter morbos, propter victus genera, vt otiosè vitam transigentibus: nec conueniunt temperamento præter naturam dum excedit, vel frigiditas, vel humiditas, vel vna frigiditas & humiditas. Conuenit frigidæ potus & secundum naturam & præter naturam oppositis iam iam dictis.

In calefactis aquis inuestigabim' terminũ cali- Tab. 21.

caliditatis, calefaciendi modum, & facultates earum, quas reperies in Tab. 21. calesiunt etenim, quæ vel imperfectè, quãdo iam incipit frigiditas remoueri, tunc potatę mouent nauseam, seu vomitum & nauseam: vel perfectè, vt caliditas sit in sũmo, quam gustus sustinere si nequeat, reijciantur à potu vrentes, si potest calefacit potata, discutit, & dissoluit: Nisi fuerit in summo caliditas magis & minus fiunt aptæ dicendarum facultatum participes, per appropinquationem vel ad tepiditatem, sic perfectè calelefactæ, sunt, quando iá iam manifesta caliditas introducitur, vel ad sũmam caliditatem, quando sensus afficitur. Modi per quos calefiunt aquæ, duo sunt per ignem vt in Tab. 18. & per solem, per hunc modum calefactæ quoniam non liquantur, sunt ineptę potui, siue euaporent soli expositæ, siue non, vase seu pleno seu non: hæ singulæ differentiæ diuersas in aquis facultates promunt.

Tab. 22. Calida aqua potata vires habet nocẽdi & iuuandi: nocendi carnibus, cerebro, neruis, sãguini, dũm hęc naturaliter se habent, siue potetur pauca vel ante cibum, vel post cibum tunc peior est, præsertim in frequenti vsu: siue multa, vel continuo ante cibum, seu post, vel rarò ante cibũ quan-

doque

doquè consulitur infraponendis, post cibū in robusto ventriculo nō laudatur. Iuuandi, calorem naturalē restaurat, spiritus mouet, pulmonem iuuat, naturalia in eorum statu conseruat, fundit quæ obstruunt, abstergit in intestinis & ventriculo nocua, loca infrigidata calefacit, flatus discutit, morbis à pituita & melancholia succurrit, epilepsiæ, conuulsionibus, fluxionibus à cerebro, vlceribus serpiginosis, pernionibus, vrinas mouet & menstrua & sudores: verùm si multa & raro quis vtatur ante cibū prodest, quibus flatus discutiendus est, seu humor, & calefaciendę sunt partes, post cibum indigentibus cibi liquatione & transpiratione, & caliditate in ventriculo, si nō multa at raro potetur, laudatur ad dicta omnia efficiēda potius ante cibū, quā à cibo: si sæpe nō adeo laudāde est et ante & post cibū. Modi quos diximus ad aquarū præparationes si fuerint simplices, olim num. 6. posuimus: si complexi fuerint, vnico tantum complexu erunt numero 14. residētia iungetur cum calefactione, infrigidatione, decoctione: Defluxus cū reliquis quinq;: percolatio cū quatuor, demitur defluxus: Decoctio cū infrigidatione, calefactione. Si quatuor complexibus erūt num. quinque, decoctio, excolatio, residentia iungē- Tab. 23.

tur vel cũ infrigidatione, vel calefactione: Defluxus excolatio & residẽtia cũ reliquis tribus singulatim. Si tribus num. cõstituẽt 14. percolatio & defluxus cũ reliquis quatuor. Percolatio & residẽtia cũ reliquis, dẽpta percolatione: residentia & decoctio cũ infrigidatione, calefactione: decoctio & defluxus cũ ijsdem. Si omnibus modis cõplicentur, in quibus complicari possunt, erunt simul residentia, defluxus, decoctio, excolatio vel cum calefactione, vel cum
Tab. 24. infrigidatione.

Sex modi aquas præparandi inter se discrepant vt in Tab. 25. & conueniunt: singuli sic inuicem conueniunt, Defluxus cũ excolatione minus corruptibiles aquas efficiunt: cum decoctione tenuitatem agunt in crassas partes: cum residentia conueniunt in crassarum partium defluxu: cum calefactione concitant partes crassas & tenues: cum infrigidatione caliditatem continentis impugnant, secundò conuertunt humorem, aërem ad aqueum. Decoctio cum infrigidatione, ambo mulcent gustum: cum calefactione emolliunt & eliquant aquas. Residentia cum decoctione, in descensu crassarum partium: cum excolatione separant crassum à tenui, vnde splendor resultat in aquis: cum infrigi-

frigidatione exprimunt aquarum partes: cum calefactione, communicant in earum leuitate. Percolatio cum calefactione, magis humectantem aquam faciunt, sed hoc eæis proprium non est: cum decoctione, eijciunt crassas partes: cum infrigidatione, conueniunt in his in quibus conueniunt infrigidatio & residentia. Sic inter se singulorum conuenientia sit absoluta. Plurium autem sic absoluatur, defluxus, infrigidatio, & decoctio aquam aëris susceptibilem reddunt: Decoctio, residentia, & excolatio splendidissimas aquas efficiunt: Residentia, calefactio, & decoctio, leuitatem in aquis efferunt: percolatio, residentia, & calefactio, tenuitatem in aquis excitant: calefactio, defluxus, & residentia, & attenuant aquas & communicant in crassarum partium agitatione: Residentia, infrigidatio, excolatio, & decoctio, appetitiuā eliciendo gustui gratissimam reddunt aquam. Sic omnes inter se conueniunt, excolatio, defluxus, residentia, decoctio, vt aquas reddant tenuissimas, dulcissimas, leuissimas, & splendidissimas: quid in eis calefactio & infrigidatio immutēt, ex sequentibus percipies. Omnes cōcurrunt vt aquā alterēt.

Discrepant inuicē modi, per quos præ- Tab. 25.

parantur aquæ his dissidijs. Residentia à decoctione, hæc per residentiam separat crassum à tenui, residentia per rarefactionem à decoctione, aliæ species residentiæ non separant per aquarum liquationem: à percolatione, huius proprium est percolare tenue relicto crasso, residentiæ verò deponere crassum relicto tenui: à calefactione, nam aqua calida magis penetrat ratione caliditatis, quæ resedit ratione tenuitatis: à frigefactione, per quam densantur tenuiores partes aquæ, per residentiam crassiores. Discrepat decoctio à calefactione, in aqua decocta residentia iam facta est, in calida non: ab infrigidatione, hæc densat, decoctio liquat. Defluxus à calefactione & infrigidatione, hi liquant, defluxus terit: ab excolatione & residentia, hi aquas reddunt à crasso saporatas, defluxus commixtas cum crasso: ab infrigidatione, coarctat hæc aquæ partes, perspirabiles eas reddit defluxus, secũdò fluunt partes in defluxu, adhærent infrigiditatæ. Discrepat excolatio à decoctione in hac residit crassum per liquationem, in illa non per attenuætas partes: à calefactione in hac miscentur crassa & tenuia, in excolatione separantur: ab infrigidatione separantur partes per excolationẽ, vt tenuiores &

res & ſplendidiores fiant, & leues, per infrigidationem moram contrahunt in ſtomacho. Deniq; differt calefactio ab infrigidatione, cum ab aqua calida diſſoluantur, laxenturq; partes, ab aqua frigida contrahantur.

Finis quarti libri.



LIBER QVINTVS.

DE AQVARVM VNIVERSIM COGNITIONE.

CAPVT I.

Quid inquirendum in hoc libro quinto, & inquiſitionis neceßitas.

DIuiſa eſt aqua omnis in præparatam, & non præparatam ab arte: harum duarum partiũ ſpecies abſolutæ ſunt, earumque poteſtates: verùm ab aliqua ſpeciali qualitate ſortientes effectus, per quos à cibis & potu remouentur, qualis aqua eſt vnius fluminis Ægypti, in defluuium capillorum In lib. pr. cap 2.

pellit potantes eam, & illam circa Susam potantes dentes amittunt, & aliarum huiusmodi facultatum aquæ, quæ diuersi sunt generis, ab incolis eorundem locorum perquirantur. Nobis earum aquarum cognitionem adipisci fuit institutum, quibus homo vescitur pro cibo & potu: quòd si aliqua qualitate operãtes à cibis nõ remoueantur, per eandem, qualitatem cibo potuíque nõ inseruiunt, vt Clitumnus fluuius pecudum candore lanas inficiens, Melas nigredine, xanthus calore ruffo. Nunc animũ referendo ad aquarum vniuersim contemplationem, quod circa in-
In 1.cap.l.1. quirenda propositum erat in principio, ne cõmunes proprietates & passiones aquarũ in generali & speciatim propriæ nos laterẽt in re medica, operę pretiũ duxi in hunc postremũ librum earũ differre determinationẽ: nõ solũ, inquam, quę in hominis naturam inferãt aquæ, & patiantur ab ea, sed etiam aquę quibus in proprię sint, potu, & quibus nõ, & vniuersim aquas inter se cõparando, earũ substantiæ & facultates deducentur nõ à causis, velut hucusque factũ est, sectando componentia species, at à patentibus latissimè nobis. Adoriamur igitur primũ quæ vicissim perpetiũtur & natura hominis ab aqua, & aqua ab hominis na-

tura, hoc principalissimũ est in inquisitionibus aquarum, ab hoc enim primò, vt à principio, facultates emanant omnes aliæ, si quæ etiam relinquantur: vt enim natura se habet, ita suis fungitur functionibus, secundum oblata, quibus fruitur. Offertur aquarum plurimũ in eduliјs ac potu: propterea magnam partem eas conferre dictum est cum Hip. ad sanitatem.

SVMMA CAP. I.

1 *Maxima pars oblatorum naturæ aqua est.*

2 *Non tantum facultates specierum aquarum, sed etiam in vniuersali erunt determinandæ.*

3 *In quibus primò inuestigabitur quid aqua in naturam, & quid in aquam natura inferant.*

4 *Secundò quibus aquæ cõueniant, & quibus nõ.*

5 *Tertiò facultates aquarum in vniuersali deducentur ex his, quæ insunt vniuersaliter aquis.*

6 *Facultates aquarum perpendentur, quæ inseruiunt in cibis & potu.*

CAPVT. II.

Aqua quid moliatur in hominem & quibus medijs.

COmesta ac epota agere non nisi triplici actione, aut ea quæ prouenit à qualitatib⁹, aut à materia, aut à tota

Hip. in 2 de Dieta, loquens de vino.

Cap 15. do. 2. fen. 2. can pr.

Qualis sit aquarum operatio in naturā.

substantia, fassum est ab Auic. vt eius verbis vtar: actio, quæ ab aqua est in naturam cum non à materia sit, nec à tota substantia, à materia enim operantur ingesta formam recipientia partium corporis, erit aquarum operatio in naturam à qualitatibus: omnia hæc agentia nō erunt corpori alimentum, quæ sint, non singulis hic est locus, & à qualitate tantum agentibus: Inter quæ aquam adnumerari ex dictis ab Hippoc. quàm breuibus in lib. de cor. coniectura non erit difficilis, dum cordi non vult aquam esse alimentum, sed partim forâs ab eo procelli in pericardiū, seu cordis culeum dicas, partim cum aëre, in pulmonē intelligas, aliasque partes, hæc eadem decernendo. Ventus, & aqua cruda, alimenta non sunt, sed magis cognatæ affectionis castigatio & medela. In his Hip. verbis aquarum energiam, & quid nō possint explicātibus, primo perquiratur quid intelligat per crudum in aqua, si concoqui nequeat: secundo an aqua sit alimentum & nutriat: tertio quid ipse velit per cognatam affectionem: denique quomodo aqua sit castigatio, & quomodo medela illius cognatæ affectionis. Hæc apud Dogmaticos, quos meritò Rationales dicūt, præcipua animaduersione fore digna censentur,

Aquarum potestas in hominem.

Qualis sit cognitio rationaliū medicorū.

censentur, tum quia maxima existentia apud naturam, cui rationem ipsi præbent, necessaria sunt cuique naturalium: tum quia in vsum nobis iugem veniunt anni quolibet tempore, ac ætate qualibet.

SVMMA CAPIT. II.

1 *Quæ agunt in corpus aut à qualitatibus agunt, aut per materiam, aut à tota substantia.*

2 *Aqua agit per qualitates, propterea non est alimentum.*

3 *Aqua est castigatio & medela cognatæ affectionis.*

4 *Proponitur primò indagandum an aqua concoqatur: 2. an nutriat. 3. quid sit affectio cognata quam aqua delet: 4. quam medelam aqua præbeat cognatæ affectioni.*

CAPVT III.

Aqua an queat concoqui à naturali calido.

PRauorum humorum dum conctioné interpretatur Hip. in lib. de vet. med. permistionem esse vult, mutuamq́ue temperaturam concoquentis & concocti, si proba sit talis permixtio, proba erit cōcoctio, & mutua temperatura: quæ non Cōcoctio quid.

talem permixtionem ac temperaturam suscipiunt, hoc est, quæ humida ingesta proprium naturalem calorem non obtinent, non cocta, sed cruda dicatur, dummodò permixtionem, ac illius caloris temperiem suscipiendi vim habeant. Apta sunt eam suscipere ex humido siccoque constantia, talia sunt propria materia vnicuique speciei digestionis, si humidum sicco commixtum sit proprium subiectũ concoctionis, erit quoque digestionis: quamuis Arist. concoctionem digestionem dixerit, tamen concocta digeruntur, ac digesta nutriunt, digestio attractio est, seu distributio & hanc græci anadosim dicunt, quam ex ventriculo in iecur, & ex hoc in totum corpus distribuitur alimentum cõcoctum, propterea proprium subiectum quod digeritur non erit humiditas & siccitas, cum digerantur subiecta humiditati ac siccitati: qualitates alterantur, vt similes fiant, quoniam aduersantur ante concoctionem & digerenti, & concoquenti: subiectum vero illarum qualitatum recipiendis qualitatibus, non aduersatur, nec alteri subiecto, in quod fit transitus, per subiectorum similitudinem fit attractio: subiecta igitur cõcoquendo, naturalis calor agit in humida & sicca

Apta concoqui.

Differẽtia coctionis & digestionis.

Gal. cap. 2. lib. 3. de symp. ca.

Quę digerantur.

sicca, sunt etiam subiectum digerentis, sed non proprium, quoniam fiunt materia per concoctionem, in quam digestio dirigitur. Sicuti fructus omnes tunc maturi dicũtur à proprio calido, adiuto à calore cõtinẽtis, hoc in eis est concoctio, quando perfectũ est semen, quando scilicet apti sunt ad similium generationem, & acerbi dicuntur, quod in eis est cruditas, quando nondum dictam concoctionem sunt adepti, sic ex cibis & potu sicca & humida dicantur in nobis concocta, quando id efficiunt, vt fiant sanguis, caro, vel quid simile, in non adeptis hanc perfectionem dicitur cruditas inesse. Aquæ nunquam assequi potenti hanc perfectionem, vt quid ex ea decocta fiat, non attribuitur concoctionis descriptio, quam asignauit Hipp. proportio scilicet, ac mutua temperatura cõcoquentis & cõcocti, frigidi scili. à calido, & sicci ab humido temperatorũ, propter quam temperiem fungitur vegetatiua suis functionibus. Hinc non videtur inesse aquis naturalis potentia, vt concoquantur. Quæ concoquntur omnia ab innato calido aliquas dimittunt, & alias qualitates acquirunt, quantumuis aqua decoquatur, si tantummodo sit aqua nunquam sinit esse frigida & humida, quia siccum non datur in aqua reliquis per-

Terminus concoctionis ac digestionis.

An aqua cõcoquatur.

Prima ratio negatiuæ partis.

mixtum, vt ex rarefactione aquarum fiat quid diuersum ab aquis, vaporum esse aquæ est esse, ex quibus vaporibus vel aër, vel denuò fiunt aquæ, nec datur calidum, quod aquæ adhæreat secundum naturam.

Secunda. Neque igitur proportio dabitur inter hãc & innatum homini propriumque calidũ, vt moueatur super eam ad aliquid ex ea nuper educendum, carnem inquam, & reliquas similares partes: nec ipsam naturale phlegma, cum ad crassitiem non redigantur decoctæ, nec desinant esse aquę.

Obiectio & eius solutio. Et si permutentur, vt euadant salsuginosæ inter serosos humores, non adipiscuntur decoctionem, vt digerantur in alimentum, id concoctionem intelligo, talem saporem recipiunt ab humoribus, quemadmodum à fodinis aquæ per eas transgredientes resipiunt qualitates illarum: veluti aquæ illæ fodinas recipiunt, cum fodinæ non sint, ita & aquæ, si humores resipiant, quibus cum trasmeant per meatus corporis, non propterea erunt illorum humorum aliquis. Si igitur permutentur non propterea concoquũtur, & quamuis resoluantur non idcirco digeruntur.

Tertia. Quæ funduntur singula igni apposita non decoquũtur, at potius depurantur, aquam igne fundi ex suprapositis patuit, nisi huic depura-

purationi decoctio velis esse nomen, id etiam coqui decoctum appellitant, quod per ignem esui iam fit aptum. Ex his igitur denominationibus non congruit aquis decoctio, siue sit à natura decoctio, siue ab igne: à natura, siue fiat secundum Hip. ab innato calido, siue, secundum Erasistratū ab attritione, siue à putrefactione, secundum Empedoclem & Plistonicum Praxagorę discipulum, non enim similis fieri quit calori naturali, non atteri potest, quia omnium humidissima, nec per putredinem quid resoluitur ab ea, vt supradicta fiant: ab igne non nisi liquatur & vritur.

Opiniones aliquorum circa decoctionem.

SVMMA CAP. III.

1 *Non coquitur aqua, quia non suscipit mutuam temperaturam cum concoquente.*

2 *Quæ coquūtur omnia constant ex humido & sicco, ex sicco aqua non est.*

3 *Attractio & concoctio fit propter similitudinem subiectorum concoquentis, & concoquendi.*

4 *Finis in concoctione & digestione est productio similium concoquenti.*

5 *Aqua non est susceptibilis aliarum à suis qualitatum propterea non concoquitur.*

6 *Aqua ita alteratur inter humores, vt in fodinis.*

7 Deco-

7 *Decoctionum alia est à natura, alia ab igne, ab vtrisque non decoquitur aqua.*

CAPVT IIII.

Cur dicatur aqua decocta etiam ab Hippocrate, si non coquatur.

SI non coquatur aqua cur eam crudã & 6. Epid. sec. 3. & pluribus in locis decoctam dixit Hip. Modum pluuiæ generationis describendo, in lib. de ae. aq. & loc. decoqui aquam inquit Hipp. à sole dũ tenuissimũ aquæ relictũ à crasso, & permixtum ad aërem vritur & coquitur, id est calescit, & magis rarefit: rarefactionẽ ibi videtur Hip. aquæ decoctionem protulisse, aliud à sole in aëre aqua non patitur. Quòd si rarefactio decoctio dicatur, cur nõ etiam liquatio, si etiam partium à calido attenuatio sit decoctio in lib. de ver. med.? hanc decoctionem certum fiet non esse ad nutritionem, sicuti quæ supradicto modo coquuntur: hac differenria tantum multas difficultates occludi puto: eorum scilicet, quę ab innato calore rarefiũt, seu nomines attenuationem, seu decoctionem, alia coquuntur ad compositorum nutritionem, alia non ad nutritionem: nã quemadmodũ nostri partium aliæ actionem edũt 3. de

loc. aff

loc.aff.3. aliæ præstant vsum sic concoquẽdorum, alia nutriunt, alia nutrioni præsidium fuerunt: quem vsum præstet aqua decocta, si non nutriat, in sequentibus seorsum apponetur. Præterea si quis instaret ex Hip. dum asserit ventus & aqua cruda alimentum non sunt, inferendo decoctam aquam alimentum esse: dicas primo dixisse Hipp. aquam crudam vel respectu aliarum humiditatum, quæ aliquam vel omnem aquirunt maturationem, vt in concoctione similia fiant concoquenti: vel secundo non ad earum aquarum differentiam, quæ ignem sunt expertæ, sed naturale calidum, ad eius inquam aquæ differentiam, quæ pars est compositi, cum igne formans animal, hæc alit ignem omniaque simplicia corpora, ex quibus homo est, illæ vtræque non sunt alimentum cõpositorum crudæ, & ab igne decoctionẽ passæ: vel tertio & vltimò potest dixisse Hipp.: aquam crudam, vt humores exciperet & sanguinem, quem & illos aquã dicere solebat etiam in libro de corde & per cruditatis differentiam, hos ab aqua seiunxisse potest.

SVMMA CAP. IIII.

1 *Decoctionũ à natura alia est ad nutritionẽ, alia nõ*

2 Aqua

2 *Aqua coquitur à natura non ad nutritionem compositorum, neque partium similarium.*

3 *Aqua quæ est pars compositi alit ignem.*

4 *Per crudum in aqua tria potest intellexisse Hippocrates.*

CAPVT V.

Quæ Aqua nutriat ignem, & Aqua ad quorum non sit nutritionem, & qua de causa.

Si ex aqua fit aër cur non nutrit etiam composita?

DEcocta à calido naturali & si non sint ad nutritionem compositorũ, vertitur nunc in dubium, an posint ad nutritionem simplicium præparari: an autem ad euacuati repletionem tendat huiusmodi præparatio, an ad auctionem tantum, an ad vtrumque, non est horum hic locus: Nutritio sicuti & generatio cũ ab eodemmet calido peragatur, & differant, quia nutrimentum essentia est in parte, generatio verò in toto, patebit etiam in vniuersaliori physica elementorum eorũ inuicem alimentum esse, cur si aqua ad nutritionem sit simplicium non nutriat quoque composita, cum nihil sit compositum nisi ex ijsdem simplicibus aggeratum? modum hæc simplicia cum requisierint

ſierint vt in vnitatem venirent, ita & alium modum optant, vt ex iiſdem ſimplicibus nutriantur in vnitatem mixtis, & ſicuti nutriẽdæ partes inter ſe & cũ ſimplicibus illis componentibus eædem ſunt & neutræ, ita ex eo nutriri, par eſt, quod idem ſit & neutrum. In ſemine inſunt ignis & aqua, à ſimilibus in ſanguine exiſtentibus continuò nutrita & aucta, ſemen etenim eſt à ſanguine, & ſeparatur ab eo, illa proportio, quæ eſt inter ſemen & ſanguinem talis eſt, vt ex his iunctis augeatur vnumquodque ſecundum ſuam cuiuſque ſpeciem: quæ proportio ſemper eadem cum ſit, continuò ſanguis in ſemen agit, ſemenque in ſanguinem, ita vt ex ſanguine neceſſariò ſemen fiat, & ex ſemine fiant cuncta concreta ex ſanguine. Quæ igitur in ſanguine aqua eſt, aquæ qualitates habens, pars ſanguinis & hominis cum ſemine ſecernitur in alimentum ignis, aliâs ignis vnde alimentũ ſibi compararet? Propterea aqua hæc ſumma maturatione elaborata in compoſito, quàm plurimum differt ab aqua, qua quotidie fruimur cruda & decocta: Compacta illa eſt, quod ſi ſterilis fiat, eſt aqua diffluens, non etiam eadem cum aqua cruda, cum ignem hæc non teneat per ſuas quaſuis partes; &

In ſpermatean ſi: aqua nutriens ignem.

Conſenſus ſeminis & ſanguinis.

ſi vtraque caleſcat in vaporem (niſi ex ea fieret vapor & aër, non vtique ignem nutrire poſſet) & vratur in terram, non tamen iiſdem modis: hinc horum ſimplicium nutritionem, eandem non cenſeas cum nutritione compoſitorum. Verùm ſi nutritio eſſet, qualem Aſclepiades Bithinus opinatus eſt, crudam aquam concoqui, digeri apud naturam, & nutrire certùm eſſet, poſuit hic Dogmaticus, nihil concoqui ab innato calore, ſed crudam materiam in omne corpus apponi, ratione cruditatis non ſolùm digeri, ſed etiam nutrire omnium maxime deberet aqua, ſi imbutæ particulæ magis benè concoctis meliorem nutricationem recipiunt, quô crudiora erunt alentia per Aſclepiadem, perfectior erit alitio, quid apud naturam crudius aqua? cum non recipiatur huius ſententia, & aqua ſit inepta coctioni, quæ in nutritionem tranſeat, erit etiam inepta nutritioni: quod horum vni, itidem & alteri. In ſupradictis rationes, cur aquæ non coquantur, nec digerantur, ſunt appoſitæ: hic autem cur non nutriant, percipientur. Nutriens id ſit, quod eſt ſanguini generando acommodatum, vt inquam ex eo ſanguis fiat, hoc etenim replet vacuum. Sic nutrientia prius fore cõfecta

Nutritio fit ex non cõcoctis ex Aſclepiade

An aqua ſit ad nutritionem.

fecta ab innato calido necesse est, hic semper vnus, & omniũ naturaliũ causa instrumentalis (nõ sunt etenim eius operationes determinatæ ad vnũ finẽ, propterea dirigitur ab actiua virtute, cõcoctrix & dirigens facultas mouẽt hoc calidũ) conficit quicquid naturale promitur ad sui esse. At non quęcunq; conficiuntur à calido innato etiã digesta diriguntur ad nutritionẽ, nec omne nutrit, quod repleat quouis modo vacuũ, sed quæ ab eodẽ calido perfecta nutriens facultas apponit, vt replẽdo vacuũ deperditũ instauret: cõcoquit calidũ, attenuat, incrassat quodcũq; potest, mutatur nutriẽs ab hoc calido, dũ fit chylus & sanguis, nutritiua, mutatũ nutriens, & assimilatũ, alendo, dum per sanguinẽ in humorẽ pertransit, qui affigitur nutriendæ particulæ, agglutinationẽ dicunt aliqui, cõtinuò apponit, non nisi vel ad corporis augumentum & esse vsque ad quartum & quintum annorum septenarium, vel ad esse tantùm in senibus, vel ad augumentum esse, & robur in ætate inter has media. Dum rarefit aqua resoluitur, in Halitum vertitur, & ignitur, & quò magis decoquitur, eò tali nutritioni fit minus commoda, propterea nec sic affigi nec mutari valet, nec elementorum aliud, nisi se inuicem cõpo-

Ad quot fit nutrimentum.

nant vt fiant alterum : Vnde si constet aqua ex partibus etiam aëris, & terreis vt procellosa cum tonitruo, & similes, quia non facta sunt alterum, non eam compositionem in illa tenent elementa, vt producant quid simile, manentibus ipsis, alio modo producta per resolutionem producuntur. Nec omnia sic composita, vt facta sint alterum, erunt in potentia sanguis naturæ hominis, cum alia alijs præstent & alendo & interimendo. Aqua igitur omnis, etiam optima, qua non detur alia simplicior, impossibile est vt nutriat, vt etiam Hippocrates, Crisippus, Erasistratus, Galenus, & Auicenna credidêre. Caponum aliarumque carnium iura & iuscula omnia hoc modo nutriunt ex aqua constantia, substantia illa, ex carne in aquarũ liquatione liquata, infigitur membris, dum aqua ab innato calido resoluta, fit aër, tunc eius pars per venas, pulmonem, & tracheam arteriam expurgatur, & pars per insensibilem transpirationem. Cum non nutriat aqua, inquirendum iam restat circa primum propositum in primo capite huius libri quinti, quem vsum in naturam agendo præstet non solùm nutrienti cibo, sed & partibus omnibus similaribus & instrumentalibus.

Hip. in l. de corde. Gal. in l. de boni aq. Aui. cap. 16. doc. 2. fē. 2 cā. pr.

Iura per quæ nutriant, & ex aquis à nutritione quid fiat.

SVM-

SVMMA CAP. V.

1 *Nutrientia antequam nutriant, conficiuntur ab innato calido similia nutriendæ parti.*

2 *Nutrientia sunt, quæ sunt accommodata generando sanguini.*

3 *Calidum innatum vna tantummodo est instrumentalis causa omnium naturalium.*

4 *Apponitur nutrientia vel ad augumentum & esse, vel ad esse, vel ad auctionē esse et robur.*

5 *Aqua non potest fieri similis nutriendæ particulæ, nec ad augumentum valet & esse.*

6 *Aquarum ex alia formatur animal, alia est, qua vtimur in cibis & potu.*

7 *Composita & componentia eadem sunt & neutra.*

8 *Proportio, quæ est inter semen & sanguinem, est causa actionis fœtus.*

9 *Calidū coquens est instrumentum, Agens verò virtus.*

CAPVT VI.

Affectiones cognatæ, quas delet aqua, quid sint.

DVo circa aquarum effectus proposita sunt superius, quid non agant in corpus, quod iam est explicitum, & quid efficiant, quod nunc explicādum relinquitur. Si non nutriant, cognatæ affe-

Morbi cõgeniti & cognati qui.

ctionis castigatio & medela sunt ventus & aqua cruda. Congenitos morbos dixit etiam cognatos Hip.in lib. dessum. Morbos diuidendo,in cognatos,endemos,qui publici vernaculi, patrij perpetuò tenent populum quempiam, ex corpore ortos, ex victus ratione,ex constitutione temperiei & à temporibus. Hanc Hippoc. diuisionem ita fore intelligendam censeo, vt constitutio temperiei non referatur ad victus rationem, neque ad morbos ex corpore, quoniam cibus & potus,& si morbi causa fiant, quia corpus ac temperiei constitutionem alterant seu partis, seu totius,non propterea hos intelligit Hippoc. nam ex corpore morbos,vulnera,ex temperiei constitutione incalescentia nominauit,& infrigidantia pr. de morb.& de affec.recensendo morborum causas.Ceterũ huicHip. diuisioni traditæ per morborum causas eædem cunctæ procatarticæ aptari possunt:aliter non different hi morborum modi, à morbis cõgenitis,id est, vnà communiterque natis, cum affectis partibus in formatione fætus in vtero:partes,dũ congenerátur ex semine,si afficiantur ad morbi consistentiam, ille morbus cognatus erit, alter morbus nõ datur ab hoc cõgenitus &cognatus. Huic mederi,eundemque

castigari

castigari ab aqua, adeò impossibile est, vt probationis nõ egeat, quãuis plurium generum, multarumque specierũ esse valeat, eorũ tamen nemini præsidium affert. Non igitur morbis aqua medebitur cognatis, nec erit præter Hipp. sententiam, affectionis etenim cognatæ, nõ cognati morbi volentis aquã esse medelã & castigationem. Affectiones græci dicunt pathemata, quæ per Gal. cap. 3. lib. pr. de loc. aff. præuij motus sunt ad morbum, hanc interpretationem eius verbis tribuo, quãdo inquit, partes affici, dum sustinẽt motum præter naturam, ægrotare autem, cũ habent permanẽtes dispositiones præter naturã, quibus inductis cessat pathos, motus efficiẽtis præter naturã causæ ad morbũ: quomodo sit præter naturã hic motus, non est hic huius locus, sed apprimè declarabitur in libro, quẽ inscripsi, quid sit, quod hominẽ lædat. Plato, quicquid est affici voluit, etiã visum ab obiecto, & sensus reliquos pathema pati: calor insitus in operibus, quæ perficit, etiam patitur ab eo, quod perficitur: quod apud Græcos est pathos, latini appellant affectionem: quamuis morbus & sanitas dicantur affectus, tamen est permanens vterque, pathos autem nõ permanens est affectio. Pathema hoc intellexit Hip. præ- Affectio cognata quid sit.

uios inquam motus ad morbum, vel eum inducant, vel non, & affectionem, quam vnumquodque naturalium aptum est pati: permanente iam facto pathemate, non amplius talis cognatus affectus persistet, incalescere nimium, nimiumque exiccari naturalibus congenitum est, & cognatū, nisi lædantur actiones. Cognatæ sunt hæ affectiones, quoniam ab elementis sibi ipsis cohærentibus ad formationem fætus producuntur, quibus in posterum carere non possunt sic permixta, vsquedum dissoluantur. Affectiones igitur emendat aqua, quæ cognatæ, nataque sunt cū partibus, iā pathos & pathema sustinentibus. Idem respectu diuersorum actionem edet, & patietur affectionem, si nimiū dum patitur, afficiatur agens, vel passum patiatur nimium, dum afficitur ab agente: vt chylus dum nimium à feruido exiccatur sanguine, huic affectioni cognatæ agentis aqua succurrit, remouendo naturalium functionum impedimenta : Hinc in lib. de diffin. med. Gal. hoc impedimentum profert affectum. Agens dum iam patitur, nisi impediatur in opere naturalis actionis, cognatam patietur affectionem, quam sustinere valebunt contenta continentia & spiritus. Cor non tantùm cognatam habet calidi-

Differētia inter affectionem & morbum.

caliditatem, ſed etiam ſiccitatem, & reliquas qualitates, ex quibus à ſui ortu conſtat vſque ad interitum, ſicuti aliæ partes omnes : aliâs fruſtra reciperetur aqua in pericardio, niſi eſſet medela & caſtigatio cordi inhærentium qualitatum, quæ aliquo modo excedant ab eorum gradu & ordine. Bilis humectatur ab aqua, ſanguis frigeſcit ab eadem paululum à temparatura decedentes. Affectiones igitur cognatæ ſint partium paſsiones ab exceſſu qualitatum omnium, non tantum primarum, ſed & reliquarum, quas aqua propulſare poteſt.

SVMMA CAPIT. VI.

1 *Quidquid eſt, cognatas affectiones faciſſimè ſuſcipere poteſt, ſi eas actu non obtineat.*

2 *Affectio aut permanens eſt ſanitas, vel morbus: aut non eſt permanens, in hunc affectum inijciantur cognatæ affectiones.*

3 *ognata affectio eſt omnis paßio, & præuia diſpoſitio ad morbum, ſiue inferatur, ſiue non, cuiſcunque integrantis corpus humanum.*

4 *Hæc præuia diſpoſitio fit per partiũ vel totius qualitates, parũ excedentes à naturali ſtatu.*

5 *Morbi omnes referuntur vel ad cognatos, Endemos, ex corpore ortos, ex victus ra-*

tione, ex constitutione temperiei, vel ortos à temporibus.

CAPVT. VII.

Quibus modis medeatur aqua, & castiget cognatas affectiones.

QVam castigationem & medelam, cognatis affectionibus, quas habet homo, impartiatur aqua, reliquũ est declarandum in ordine quarto propositum: declarabitur non nisi ex effectibus aquarum. Quod infertur ab aqua, illud idem castigatio est & medela, cuius autem, ex eodẽ, quod infertur, elucescet: contraria cõtrariorum sunt medela & castigatio Aqua quod inferre non potest, alteri non erit nocumẽto, nec vtilitati. Vsque huc per aquarum effectuũ venationẽ, in hoc tractatu quinto, quid aqua à natura perferat vsquequaque explorauimus: at non equidem adhuc constat, quid natura perpetiatur ab aqua, innumerum enim est ex naturarum diuersitate, omnium capax est aqua. Cum effectus aquarum ad hominem relatos numerauerit tres tantũmodo Hip. in lib. de liq. vsu, madefacere, refrigerare, & calefacere, aliter vult esse nemini iuuamento, vel nocumẽto epotã: loqui-

In ca 2. lib. huius.

Tres aquarum sunt effectus in hominem.

loquitur de potabili aqua, castigabit & medebitur contrariis affectionibus, non nisi vel infrigidando, vel humectando, vel calefaciendo. Frigidarum & calidarum aquarum effectus, iam olim positi, non vt medela sunt contrariæ affectionis, sed vt quibus habitibus detrimento essent, quibusue vtilitati, & affectui naturali ex instituto declararetur, & præter naturam: medela ambobus congruens obsistit affectioni cõtrarię, vtilitas non tantũ cõuenit affectioni cõtrarię, sed quoque humoribus & partibus affectum non patientibus, qui sit præter naturam. Castigationẽ & medelam si in nihilo differre putemus, illud & expositiuę ponatur. Si autem sit aqua castigatio & medela respectu diuersorum, castigatio erit iam exuberantis qualitatis, puta aqua frigida castigatio sitis ab eduliorum caliditate, vel à multo epoto vino: medela autẽ productorũ ab his qualitatibus, ita vt qualitates, quas castigat aqua, sint in cibis & potu, naturæ munus impedientibus, emẽdationẽ de notet castigatio, cibum humectat aqua, eumque liquat in stomacho & intestinis, vt distributioni incumbat, sicuti fæces egestioni, in venas, in viscera, in carnes cum eô penetrat aqua, non alio modo, quo per

Castigatio & medela si differant, in quibus differant.

Quid agat in cibum.

per alueum cum luto, aqua non fit lutum, at liquat, atterit lutum & apponit. Etiam si fieret chylus absque aqua, esset non commodus diffluxioni, sed crassus per minutissimas venas vreretur in amplam obstructionem: illam igitur in cibis caliditatem & siccitatem emendat aqua, hanc crassitiem delet medendo. Non propriè nominabitur medela, dum qualitates totæ diffunduntur in totis, ad alicuius productionem, vel per generationem, vel per nutritionem, cum potius se inuicem castigando refrangantur, ad conseruationem perinde producti medelæ sunt inuicem exuberantium qualitates: non primis tantū inter se, sed etiam ortis exprimis, medentur aquæ, non solum, inquam, indigentibus frigiditate, humiditate, vel caliditate fit obuiam potabilis aqua, sed quoque reliquis qualitatibus, quas inducere apta sūt siccitas, caliditas & frigus. Lenit aspera exiccata, abluit, fluxui aptat & perspiratui, & densa à frigiditate, & calida acria, quales sunt fuliginosi vapores, caliditatem extinguit omnium frigidissima, inest aquæ in summo frigiditas, & æstus in corpore toto, corde, visceribus, & spiritibus, nisi ad contrarium vergat, corrumpatur nimirum à bile, exiccatis particulis quàm

Quid agat in primas & alias qualitates.

primum

primum præstat auxilium, quale dixit Hip. in princ. 4. lib. de rat. vic. in ac. Venę æstiuo tempore resiccatæ, illam ibi ardẽtem febrem curat tanta aquæ, seu aquosę mulsæ potione, quantam voluerit æger, hoc vnum in aqua est præcipuum, vt πλημμυρίδαν quamdam faciat, idest abundantiam cuiuspiam humidi, vt sitim & siccitates tollat, non tamẽ humectat, vt alat, in quo sensu aquã nõ humectare solidas partes aiebat Gal. 14. com. lib. 4. aph. aqueo enim rore nunquam non irrigant venę, quæ omnia sunt in corpore, vt quæ in eo superant qualitates præter naturæ modũ, castiget, & medeatur, siuæ sint in partibus, siue in ingestis pro cibo & potu, vt fiant sanguis, & madefaciendo, & etiam calefaciendo, infrigidata enim calefacit, at hoc ei est per accidens, in elixatione carnẽ se tangentẽ calefacit aqua, multa alia operatur aqua per accidens, non sui inquam ratione, sed eorum, quæ suscepit. Per accidens igitur, & per se, medela est & castigatio aqua cruda cognatæ affectionis, madefaciendo, infrigidando, & calefaciẽdo. Ipsa autem patitur à natura rarefactionem, liquationem & resolutionem.

Tex 5.

Proprius aquarum effectus

SVMMA CAP. VII.

1 *Aqua per se & per accidens medetur & castigat cognatas affectiones.*

2 *Castigat proprie eas qualitates, quæ sunt in ingestis edulijs.*

3 *Medetur autem existentibus in partibus & humoribus.*

4 *Omnibus medetur & castigat refrigerando, humectando & calefaciendo.*

5 *Aqua est omnium frigidissima & facit abundantiam humidi.*

6 *Fit obuiam aqua primis, & secundis qualitatibus.*

CAPVT VIII.

Quibus ægris aqua commoda sit vel infesta, & quibus de causis.

OMnis aqua, etiam optima, qua melior non detur, & si castigatio & medela sit cognatæ affectionis, nec non humanæ naturæ necessaria, tamen aliquibus morbis vt plurimum officit epota quoque in pauca quãtitate, facilius quo tenuior est, alteratur in vtramque partem in morbis biliosis, seu ventriculo referto bile, facile in bilem corrumpitur, pariter in pituitoso in pituitam: magis expers qualitatis facilius ea recipit, quibus occurrit,

currit. Damnentur propterea Medici, ab- Aqua non
ſque aliquo diſcrimine propinantes deco- admini-
ctã aquã in cauſone, qualibat febre bilioſa, ſtranda in
& acuto morbo, fortaſſe credentes eam in quocũ-
à decoctione magis conuenire, ignorant que mor-
equidem à decoctione facilius in bilẽ verti bo.
verũ ſuſcipere intenſiorẽ frigiditatẽ. Apud Ante Hip.
medicos, qui Hip. pęrceſſerũt & Rhodios, in frequẽ-
& ex Gnido inſula, adeo frequẽs erat vſus tiori vſu e-
aquarum, vt eos tacitè Hipp. inſectetur in rat aqua.
acutis de rat. vic. cum perpetim ęgris aquã Tex. 41. li. 3
conſulerint, ab ea præſidium aliud non
petentes. Ibidẽ contra eoſdẽ diſtinguit in
quibus acutis morbis præbenda ſit, & in
quib⁹ nõ. Ex his Galeno venit in mẽtẽ, mi- In com.
nus reliquis Medicis Hipp.: conſuluiſſe a- dict. tex. 4.
quam præbendam tantum quibus valdè Hip. aqua
grauatur caput, vel mens læditur, ne fruiſſe v-
materia morbi repat eò multa cum vino: ſum ma-
imò ad aquæ noxas reſpiciens, iiſdem gis, quam
adminiſtratur ibidem vinum album a- credat Gal
quoſum, & non odorum, ſi quibus igi-
tur mens tentatur, vinum conſulit, a-
quã timens, eò magis in aliis morbis aufu-
giẽdã credas. Atqui libros de aff. de morb.
de inter. affec., legenti aquã apud ægros
plurimum frequentauiſſe Hipp. hi & alij
eiuſmet libri teſtantur, aliquando aquam
abſolutam; aliquando in polline macera-

tam

tam: aliquando aceto mixtam, quam cō-
positionem dicunt græci oxicratum, &
puſcam aliqui: aliquando fauo mellis,
quam dicunt apomel: aliquando mulſam,
aquam ſcilicet & mel, & in acutis & chro-
nicis morbis, prout cum virtute morbus
indicauerat. Et ſi aliquando, quibus mens
tentatur vinum conſuluerit, aquam timēs
in acutis morbis, fuit in cauſa in illis faci-
lis aquarum amareſcentia, fluctuatio, vi-
rium proſtratio, vel tardus tranſitus: hæc
ſunt etiam in ægris aquas prohibentia,
quorum niſi adfuerit ſuſpicio, præbeatur
abſque metu: propterea in cura cauſonis
Cap. 42. temp. tr. 2. lib. 4. Auic. dat aquam frigidam vel vſque ad in-
frigidationem vehementem, vel ad extin-
ctionem vſque: & eius interpres Iacobus
de par. in cura tertianę non puræ addi vult
Ibidē c. 39. aquis vel piper, vel radicē appij: nemini du-
bium plurimam partem ad ſanitatem cō-
ferre, dummodo commodus earum ſit v-
ſus, pluſquam aliis in cibo & potu potimur
aquis, ſummā poteſtatem habentibus, &
Quibus partibus non conueniat. confligendi & inducendi morbos: addi-
tur appium, vt citius ſecedant à præcor-
diis, hepate, renibus, & veſica, piper,
vt præcordia calefaciant, diaphragmati,
yſophago enim aſperæ arteriæ, mediaſti-
no, pectori, præſertim dum in eis eſt putre.
do, ven-

do, ventriculo intestinis incommodissima est omnis aqua, omnibusque neruosis partibus affectis, presertim brumali tempore, his igitur laborantibus frigiditate vel humiditate non prodest. Qui loci alijs naturæ sunt ficcioris, læduntur ab humido, & si eis affectis causa sit salubris, trahunt humidum nerueæ partes ac tenduntur, quibus obuiam facta siccitas relaxat, humidum euacuando, deinde conuellit, vt videmus per intestina in prunas iniecta. Fluctuat aqua nō solùm in frigido ventriculo, sed etiam in culneo cordis & venis, eòque magis si horum virtus tunc sit languida, vt per has partes secedere non possit, etiam rarefacta, quod accidit dum illarum pori conniuent. In ventriculo dum supernatat, quia incoctilis vel humectet ingesta vel non, tùm præ sua frigiditate, quæ obsistit calido, redditur ventriculus frigidior, & debilior ad concoquendum, & ingesta cruditati obnoxia, tùm quia supernatans non finit imbecillem ventriculum amplecti cibum, hinc fluctuationes, ampullę, ructus, corruptela, & eorum, quæ sunt in primis intestinis celer descensio. In pericardium si multa à corde reiecta fuerit, propter affluentiam ad cor, certum est veluti inundari cor. Alter

aquarum effectus est in venis consistentium, & alter, si consistat in locis alijs suè cauitatibus affectis : sanguinem fibrasque sanguinis vel eò inundat, vt frigefiant, & aliquando opere impeditæ, quod obeunt à natura, in cacexiam prorumpant, quæ sanguine vescuntur partes, in pituitam albam, & hydropem : vel à sanguine & fibris quasi vritur aqua, vt fiant acuti morbi. Propterea inflammationem extinguit ex poto vino, refrigerato ab aqua sanguine, venereum actum compescit, liquationem spermatis densat, vrinæ superfluum mictum sistit, redundantem sudorem, & affluentem aluum. Sanguis non est natura calidus, veluti nec omnis aqua, sed calescit in formatione fætus vsque ad corruptelam eo modo, quem docemur in primo de Dieta. Quamuis inundationem, & æstum in venis aqua pariat, in æstuoso tamen & adusto sanguine, cui conuenit, erit ei aqua præstantissima medela. Sint in febrientibus venis aqua & humor pinguis, qui bilis est, & nutrimentum febris, pinguia ignem nutriunt, aqua nonne vigorem ignis extenuabit? Caliditas mitior est in aqua etiam sic calefacta, quàm in oleo, alia etenim aquæ est, ab ea quæ est in oleo, pro-

Hip. in lib. de corde.

Frigidæ potus cur febri medela sit.

pterea

pterea aliâs poteſtates habet caliditas in aqua, & alias in oleo. Alia etiam ratione medela eſt aqua æſtuoſo, & aduſto ſanguini, aqua epota effundit bilem, diffuſa reijcitur vel vomendo, vel egerendo, vel per vrinam, vel ſudorem : diffunditur quia prius denſa facta eſt propter exhalationem humidi, exhalat humidum propter calidum, & magis humidum aqueum, quàm aëreum : propterea vnde exhalat fit pinguius, craſsius, & magis bilioſum : adueniente autem aqua diffunditur attenuatur & mouetur : hinc niſi prius cocta materia non propinatur gelida, nam adhuc cruda vel à frigido denſatur magis, vel diffunditur ab aqua in aliquod membrum, nõ in euacuationem, euacuantur concocta niſi materia turgeat. Idcircò in acceſsionum principijs nec offeratur, nam ſi fiat rigor ſecundum Hip. & Platonem in Timea, refrigerato ſanguine, frigido occurrens frigidũ frigeſcit magis, hoc nimirũ eſt illud, quod voluit Hip. aquã ſi pedibus frigentibus quis biberet in acutis, ea his omnibus multo magis nocebit, quã quando calor ad pedes vſque peruenerit: rigorem, frigus, horrorẽ ac tremorẽ fieri vult Hip. in pr. de mor. cũ contrahuntur venę, ſãguine & coacto & cõgelato, hęc nõ

Vnde in febre euacuationes moueat.

In acceſsionibus cur aqua non ſit admiſtranda.

3. acut. tex. 41.

nisi à frigido visceribus eueniunt &sangui-ni, quibus compressis exarescunt & sitiunt. Commodus igitur aquæ potus non est in principio accessionum, neque gelidæ in morbi decursu, nisi prius concocta materia, & fuerit æstuosus morbus.

Quibus affectis partibus obsit.

In humoribus aquarum effectus, quos iam peregimus, non conueniunt cum his, qui efficiuntur in visceribus, viscera, epar, & splenem dum infestat inflammatio, resiccantur, & percalescunt, sic afflictæ partes vndequaque humiditates attrahunt, calor est principium fluxionis, deinde sequitur fluxus: aqua si sit in stomacho, propter viciniam attrahitur eò magis, attracta humiditate, & calescente, quia in loco calido, aliam concupiscunt, sic attolluntur & dolent, quod dolet plus aliquid affluere facit3. met Gal. cap. 4. & quod affluit, sitim non adimit visceris illius, appetitum inquam frigidi & humidi. Si non adsit aqua, qua vescantur, liquidiora libant ex bile, pituita, & carnibus, eò rapta per partem post partem, propter quæ illud contentum in visceribus se ipso crassius, pinguius, & calidius exiccat magis, vrit & prosternit vires, sic medela, quam concupiscunt à corpore, fit causa morbi: potata igitur visceribus & si non omnibus

bus obest Phlegmanosis, & nō potata conculcatur pessundatæ partes. Visceribus verò obrutis, humiditate, frigiditate vel imbecillitate, nocua censeatur, nam extinguit naturale calidùm. Verùm eam aliquibus in morbis, præter æstuosos, vt in visus caligine, & doloribus oculorum cōsuluisse profuit, similiter in artritica passione, lassitudine fractiua, quam apostemosam dicunt Arabes, & in gingiuis relaxatis, quarum etiam putredinem tollit, sicuti & sanguinis corruptelam, vnde fætor oris prouenire solet. Si autem valetudine viscera potiantur, non tamen simpliciter, eorū & in eis contentorum erunt aquæ aliquādo castigatio & medela. Si raræ porrò texturæ sit ventriculus calidus, frigidam aquā suscipiens, ipsius tunicæ densantur & conuelluntur ab aquæ humiditate: ita vt à frigidissima densissimæ fiant: hinc æstate, hyeme autem non aliquando iuuat etiam ieiuno ventre potus aquæ, vt laxata à calido congregentur, & madefiant exiccata. Suscipiens eam ventriculus à natura densi habitus, coarctioribus factis eius partibus, fundit minus: compactior tunica & quiduis aliud minus transmittit. Propterea in aliquibus tardi fit transitus aqua, velocioris in alijs, in omnibus non

Aestate cur concedantur aquæ.

secedit per aluum, quia stercoris expers est. De aquis hæc prolata sufficiant circa statum præter naturam, in causa morbi, speciebus, & constitutionibus morborũ.

SVMMA CAP. VIII.

1 *Hippocratem qui præcesserunt Medici, plurimum vsi sunt aqua in acutis morbis, ipse autem non in omnibus.*

2 *Conuenit aqua in æstuosis affectionibus, & in his acutis, à quibus caput vel mens læditur.*

3 *Non conuenit in morbis ab humiditate, & frigiditate, præterea imbecilli naturæ, & quibus suspicio est, ne fluctuet tardè secedens à stomacho, vel ne amara fiat.*

4 *Aqua inundat cor, ventriculum, & sanguinem.*

5 *Sanguis non est natura calidus, tamen quoniã ignem suscipit in morbis, ei medetur aqua.*

6 *Bilis ab aqua frigesit, diffunditur, & attenuatur.*

7 *Rigor, horror, frigus, & tremor fiunt in febrium principijs refrigerato sanguine, propterea tunc aqua maximè obest.*

8 *Viscera Phlegmonosa, & si aquam appetant, læduntur ab ipsa, non Phlegmonosa autem aliquando non secundum eorum habitum.*

9 *Aqua non secedit per aluum, quia expers est*

sterco-

stercoris, omnis enim resoluitur à calido in Halitum, vel per alias euacuationes.

CAPVT IX.

Quibus sanis aqua conueniat, & quibus non.

ET si abundè & alibi, & dum administrauimus frigidam, explanata multa fuerint circa aquas, cui naturali statui magis conueniant, & qui eas renuant, tamen non nulla dictis, quæ omissa tunc fecimus, necesse est adscribi. Pueris aqua & iuuenibus magis oportuna est, quã senibus & virentibus ætate, illis aqua magis quàm vinum salutaris, quoniam eorum calidissima sunt corpora, vruntur ferè à vino venæ, vt in amplitudinem non cedant, & in magnitudinem corpus, & quod peius est, vt plurimum lapidem excitat: his vinum aqua præstantius, ignis impetus non dominatur amplius, at perfrigeratum est corpus. Idcirco nec pituoso temperamento, nec melancholico cõducunt aquæ: illud calefacientibus & exiccãtibus opus habet, hoc humectãtibus & calefaciẽtibus: cõueniunt biliosis magis quã calidis & humidis: Fæmellis magis quã se-

Cui ætati conueniẽ-tior sit aqua.

Cui tẽperamento.

Cui sexui. nibus, & æstate virentibus: ex Auic. temperiebus temperatis conuenientior existit: imò non nisi vehementer sanguineus, vel cui robustissimũ est os ventriculi aquã tollerat absque noxa, loquitur Auic. de aqua niue infrigidata: rari habitus commodius eam traijciunt quàm densi: pinguibus salubrior erit, quàm gracilibus, cùm in pinguibus maior sit portio humiditatis calore continentis, in gracilibus calor magis exustus & acer. Nisi his omnibus cõtradicat regio frigida, & anni tempus. Cõtraria, quæ opponuntur naturæ, sunt semper in vtroque affectu & præter naturã, & naturali coercendæ. Otiosam opereque solutã ætatẽ traducentibus, sit quæuis ætas, quoniã frigidiũ est illorum corpus, & superflui tates in eis educi nequeũt multæ, collectæ à nõ proba cõcoctione, obest multũ omnis aqua: pariter non assuetis aquã potare, ipsa detrimẽto est: si verò quis eam semper adhibuerit in potu, nullã ab ea noxã recipiet, imò erit commodissima naturę abstemiorum, in causa est eorum ignis, non dum factus vinorum qualitatum particeps: Qui autem vsi fuerint aquæ potu, si vinum biberint, deinde rursus aquã potare frequentauerint, maiori afficientur molestia, quã si vinũ nunquã bibissent: consuetudo in his

Cui habitui.

Cui vitæ generi.

Cui secundum consuetudinẽ.

quàm

quàm diligentissimè attendenda est, naturam sequitur consuetudo, vt fluentem aquam sequitur fluxus: corrumpitur, si fluxum deserat aqua: periculum afferũt plurimæ, & quæuis repentinæ mutationes, pictor, & opifices statuarum, eandem formam concipientes, in diuersam materiam diuersis instrumentis apponunt, quibus cum & depingendo & scalpendo inducũt producendam formam, & sicuti à principio in eis se exercent, quæ nouerunt magis, ita & natura in vnum agere consueta, & ab eodem pati, à non consuetis distrahitur ab opere diuersis modis, cùm potẽtiæ solitam proportionem non inueniant in eo, quod ab eis confici aptum est. Ijdem duuersiuè fabri ferramentis ijsdem figurã non transfigent in ligno, & in marmore, & si eadem forma elaboretur, sed scalpendis materiebus aptioribus instrumentis, cum alia ferramenta requirant ligna, & marmor alia. Id enim nisi perclitabuntur, frustrabitur eorum opus. Sic & omnium natura, etiam eodem calore agente, non idem opus perficit in alimento quolibet, aliquod mitiorem calorem requirit, vt in nostri substantiam transeat, aliquod ab abundanti calido perficitur. Sit igitur intẽsus calor vel remissus, humidus vel siccus

congruam sibi materiã exposcit, in quam dum assuetus est diffundi, alteram non facilè admittit. Quamobrem illam modicã consuetorũ mutationem quã laudat Hip. in 2.lib. de rat. vic. in ac. rectam fore consulit, ita vt per hæc Hip. verba ad duo animum attendere deceat, quod sensim modica fiat, & recta esse debeat. Primo mutandorum quantitatem & qualitatem docet, consuetorum respectu, paulatim horum factam mutationem laudat hic, & aph. 51. lib. 2. tutam dixit. Secundo occasiones considerare nos oportere annuit, dum inquit rectè transferẽdum esse, quales sunt, anni tempus, regio, cæli status, labor, ætas, temperamentum, corporis habitus: à quibus ad detrahendum, & ad apponendum impellimur & consueta & altera, per quæ inquam ab altero fiat transitus ad alterum. Circa consuetudinem hanc digressionem aggressi diximus, cur assuetis aquæ potui aqua conferat, & obsit non assuetis: præterea quibus eorum magis conferat, & quibus minus.

Consuetorum mutatio qualis asse debeat.
Tex 18.

SVMMA CAP. IX.

1 *Aqua ijs magis conuenit, quibus calor naturalis est calidior.*

2 *Otiosam vitam degentibus non commodus est aquæ potus.*

3 *Calor in gracilibus est magis acer, in pinguibus mitior.*

4 *In adultis & senibus ignis impetus non amplius dominatur, vt in adolescentibus & pueris, propterea hi magis aquam tollerant, illi minus.*

5 *Sanguis, hepar & venæ puerorum vruntur ferè à vino.*

6 *Vinum in pueris lapidem generat.*

7 *Tantum assuetis aquam semper potare prodest aqua, alijs vero non similiter.*

8 *Consuetudo in omnibus attendenda, vt eam quis imitetur.*

9 *Quãdo cõsueta mutãda sunt, duo præcipuè cõsiderẽtur, vt sensim mutatio fiat, & recta sit.*

10 *Quę aliter fiũt mutationes sũt sẽper periculosę*

11 *idẽ calor vnũquodq; quod futurũ est alimentum non perficit, sed sibi congruum exposcit.*

CAPVT X.

Notæ quod sint aquarum vniuersim differentias indicantes.

IN quibus medela sit & castigatio, & quarum affectionum, & cognatarum, & pręter naturam, iam eluxit aqua. Tertiũ agrediamur nũc propositũ, quod in principio hui⁹ quinti tra. erat notarũ vniuersim Epilogus.

aquis

aquis inhærentium, per quas innotescerent aquarum facultates, quod vsquehúc non fuisse peractum, ex his colligito. Cõueniunt aquæ omnes per ea, quæ iam absoluta sunt in materia & efficiente, materia sit nunc vapor, efficiens frigiditas: differunt inter se aquæ pluuiæ, vt in pr. lib. propter diuersitates proportionis eorundem materiæ & efficientis, nam vapor ex his, vnde ascendit, est grauis, leuis, fætidus, suauis: secundo ab eius coctura à sole tẽperata vel pauca, vnde crassior fit vel tenuior: tertiò per admixtionem rei alterius cũ ipso vapore redditur æstuosior, vel flatuosus, vt si exhalationes sint, vel quid huiusmodi: factus aqua sortitur diuersas qualitates propter diuersas præparationes, diuersaque vbi recipitur loca: Frigiditas temperata, vel mitior, vel intensior, aquarum multum interest, earum diuersas naturas constituendo. Differre scatentes aquas inter se itidem dictum est in 2. lib. & 3. per loca, vel in quibus apparent, & labũtur, Orientalibus, Occiduis, Borealibus, & Austrinis, vel per quæ transeant & morantur. Ab aquis verò pluuiæ, quoniam hæ humectant magis, magisque æstuant adstringunt, leuigant, & putrescunt. Illam efficientis & materiæ proportionem, propter

Necessitas dicendorum.

pter

pter quam tales facultates habent aquæ, & à sex modis præparationis, an æqua fuerit, naturæque conueniat, quomodo possimus iudicare, sensu, aspicientibus nobis aquas, quarum facultates illæ quęruntur, nondum patuit: præsens aqua difficillis est aliter cognitu, scatens, pluta, & præparata: cum illius in sinubus terræ genitæ non aspiciamus dictam proportionem, & huius nisi tunc pluat, non valeamus talem aggredi ratiocinationem: Non igitur eadem suprapofita principia repetendo, erunt aquarum hic naturæ intelligendæ ac inuestigandæ: sed aliis indicationibus, quibus cuiuscunque aquæ, quã aspicimus, deprehendemus notas, præmonstrantes nobis naturam in aquarum prauitate vel contrario. Notas huiusmodi ponebat Hip. in lib. de aër. aq. & lo. põdus, gustum, & stationem, dum aiebat quemadmodum aquæ gustu differunt, pondere, statione ita & facultatibus: quid per stationem intellexerit, declarabat per hęc verba, num ne palustribus vtantur & mollibus, aut duris & ex sublimi loco prolabentibus. Signorum, per quæ facultates aquarum ex Hip. distinguũtur, duo propriè constitutiones ipsarum & facultates præ se ferunt, gustus, & pondus, tertium, est

Signa aquarum bonitatis & prauitatis secundum Hip.

est quid aquis externum : Deducitur ex Gal. : Quæ non ex alia causa proueniunt, nisi ex vi alicuius, & natura, illius naturam propriè significare. Statio nō obtigit aquarū naturę, nec omnis aquarū mora deprauat aquas. Gustui eā fidē in aquis adhibuit Aetius, vt ei congruā optimā censeat, absque alterius notę perspectione Gal. in lib. de bon. aq., odorē addidit gustui in li. autē de ptisana ca. 2. gustui & odori consistentiā & colorem : ita vt optimā aquam probari velit, gustu, olfactu, colore, & substantia, seu consistentiā dicas: nihil vetat his adijci posse ad aquę facultates indicādas, quoque pōdus, imò Hi. obseruātes, necessarium fore fatebimur ex supradictis, ac dicēdis: dicebat leuissimā, quę citò calefit & refrigeratur, necnon leuissimā ac tenuissimā decernebat aquā pluuię: leuitatē sanè in aquis an designet pōdus vel tenuitas, proximè diligēter enarrabitur. Sint igitur in totū numero quinque bonitatē aquę, vel malitiā ostēdētia: pigmentū, gustatus, odor, substātia pōdus: quorū singula perpēdēdo aquarū vniuersim facultatū differētiæ cognoscētur.

Com. 16. foe aph. 6.

Cap. 165. ser. 3.

Secundū Galenum.

Sint secūdum vtrosque quinque.

SVMMA CAP. X.

1 *Indicantia bonitatem aquarum sunt color substantia, gustus, olfactus, & pondus.*

2 Cog-

2 *Cognitio aquarum facultatum ab his notis quinque est alia, ab earundem cognitione per causas.*

3 *AEtius eam fassus est aquam optimam, quæ oblectat gustum.*

CAPVT XI.

Leuitas in aquis an describatur à pōdere vt, vult Auic. an ab earum tenuitate, vt Gal. an à velociori diffluxu à præcordiis.

SE inuice cōsequūtur indicātia splēdor sustātiæ tenuitatem, hęc in aquis ambo leuitas, tria hæc vt plurimum gratus olfactus, quatuor simul iuncta consequitur dulcedo. An singula quid in aquis indicent ad hominē relatis, in dubium vertitur apud Auic. & Gal. cap. 2. lib. de ptis in his verbis, leuem sanè non pondere æstimandam, verum eo quòd partiū tenuitate prępolleat, & facile contrarias qualitates recipiat. Per hęc dicta Gal. in aquis tenuitas nominatur leuitas, tanquā leuitas dicatur de aqua, respectu tenuis consistētiæ, & leuitas intelligatur tantum partiū tenuitas, & facilis receptio contrariarum qualitatū, non autem pondus. At quæso qualis hæc esset consequentia, cito recipit contrarias qualitates, ergo leuissima? nominauit Hipp. 5 aph. 26.

Leuitas in aquis à quo notetur.

5. aph. 26. leuiſsimam, quæ citò calet, id eſt citò ſecedit ab hypocundriis, ſecedit citò quia citò caleſit, & liquatur: an liquetur facilius, quia tenuium partium, nondum patet, nam aurum plumbo difficilius liquatur: præterea aqua decocta & infrigidata in debili ventriculo, etiam ſi ratione frigiditatis, non facile liquatur, dicerem ex Hip. doctrina tenuitatem madefactionem prę ſe ferre minus craſſarum partium aqua magis humectat, quia rareſit, & funditur in tenuiores partes: in ſtomacho contenta, & in corpore exiccata madefiunt magis ab aqua tenuiori, quàm ab aqua craſſarũ partium, nihil ad hoc leuitas valet, vtputa madefacit qua, quia leuis, talis impropria eſſet locutio: propterea leuitas facilem tranſitum deſignet, non humectationem, reſoluitur, quia tenuis, non quia leuis: tenuem nominauit aquam Hip. non ad penetrationem, nam aquam pluuiæ ſi tenuiſsimá dixiſſet ad penetrationé, non vtique leuiſsimam appoſuiſſet: duo aquarum hi ſunt effectus, diffundi, ac madefacere, qui etſi ſe inuicem comitentur, non propterea idem eſt effectus. Diffunditur itaque per corpus aqua, quia leuis, madefacit quoniam tenuis. Ex quibus pondus & leuitas non quidentur capeſsiri pro tenui-

An aqua tenuium partium citius liqueſcat.

Aqua an cito ſecedat, quia leuis, vel quia tenuis.

tenuitate & crassitie, sed indicare quid insuper in aquis. Sibi persuasit Auic. leuitatem dici respectu ponderis de aqua, quæ trutinæ examinatione pendi debeat: duos ibidem dat modos pensionis, vel aquæ librationis, vel pannorum duorum, qui æquale pondo pendentes, madefiant in aquis illis librandis per se singuli, eorundē exiccatorum qui grauiori pendet pondere, grauiori aqua madefactus fuit: at quid libratio hæc apud naturam, cùm vt diximus, si per Auic. aqua illa leuior valde fiat frigida, sit grauior apud naturam altera crassiore non frigefacta: si dicas hoc euenire ratione frigiditatis densantis partes, tunc animaduertito tenuitatem à leuitate differre apud innatum calidum, nam non omnia tenuia sunt apud ipsum leuia. Leuitas igitur dicatur de aqua, non respectu ponderis, non tenuitatis substantiæ, sed velocis diffluxus.

Cap. 16. doc. 2. fen. 2. can. pr.

SVMMA CAP. XI.

1 *Indicantia facultates aquarum se inuicem comitantur.*

2 *Aqua, non quia leuis est, madefacit, nec quia tenuis secedit.*

3 *Tenuiorem aquam dixit Hippocrat. quæ ma-*

gis humectat, & leuiorem quæ facilioris est defluxus.

4 *Non igitur videtur leuitas à tenuitate describi, nec à pondere.*

CAPVT XII.

Differentiæ aquarum & earum facultatum penes pondus, substantiam & colorem.

Signa per quæ aquarũ tenuitas & leuitas distinguntur.

TEnuitatem in aquis manifestò pluribus signis comprehendito, per citiorẽ decoctionẽ, & eorum dissolutionẽ quæ coquũtur in eis: citius dissoluta & cocta aquæ tenuitatẽ indicant: secundò quãdo vini non multũ ferre possunt aquę, sunt tenuis substantiæ: tertio per earũ celeriorem vel tardiorẽ alterationem à frigido, vel calido, intus in corpore vel extra corpus. Leuitas & grauitas per facilem ac difficilem earum vndiq; distributionem in ciborum substantiã, pulmonem, & alias nostri partes: illæ citiùs ita distribuentur, quę citius calefactæ rarefient in ventriculo. Tenuissima igitur aqua quàm citò & humebunt omnia, & frigefient: quàm citò leuissima vndique diffundetur. Quod asseritur de vno contrariorum, contrarium de re-

de reliquo intelligatur : quippe densarum & crassarum partium aqua contrarias notas habens, his contraria efficiet, quæ habet & efficit aqua rararum tenuiumque partium : Si illa citò humectabit, & faciliùs rarefiet, vertetur hæc difficilius in vaporem, & serius humectabit. Pariter in leuissima dicendum, si grauissima ventriculum obsidet, leuissima diffundetur. Differunt igitur inter se leuitas ac tenuitas in aquis, tùm ratione diuersorum effectuum, tùm quia tenuitas per se substantiam comitatur, leuitas autem non, etenim non innotescit leuitas, nisi referatur aqua ad id, quod leuem eam esse probat : tenuitas absque tali probatione per se talem substantiam indicat. Propterea ratione tenuium partium, quas habet aqua, erit etiam pellucida : sic se inuicem comitantur hæ qualitates in aquarum substantia : leuior est tenuior, & non è contra, tenuior est plendidior, ratione rarioris substantiæ. Aquis obscurum colorem, vel declinantem ad subuiridem, vel subpallidũ, præ se ferentibus, non fruitur natura, nisi ab ijsdẽ medicã facultatẽ, ratione ipsarũ densitatis, natura exposcat, quales in vẽtrib⁹ humidis, mollibus, & pituitosis durissimæ & crudissimę laudãtur. Nitiditas igit̃ & in aqua splẽ-

Color qualis esse debeat aquæ optimæ.

dor, signũ est substantiæ tenuis, & quo magis à splendoris perspicuitate, eò etiã recedit à tenuitate, & suimet natura. Splendor is ei color est propius, vt Diaphana sit, cui aqua propius accedẽs erit secundũ naturã: reliqui omnes colores aduẽticij sunt aquarũ naturæ, & potius illã absolutã proportionẽ materiæ & efficientis destruunt, quã struãt. Leuitas igitur, tenuitas, ac nitiditas, aquas demonstrant magis secundũ naturã, cui obuiam potatæ fiunt, vt humectando vehant alimentum, & naturæ gratissimæ distribuantur, vel efflent facillimè in insensibilem Halitum.

SVMMA CAP. XII.

1 *Tres notæ tenuem aquam demonstrant, cita frigefactio vel calefactio, cita eorum dissolutio, quæ coquũtur in ea, & quando à pauco vino superatur.*

2 *Leuitas in aquis demonstratur per celerem sui distributionem.*

3 *Aquam Diaphanam esse oportet, tenuem, & leuem, vt naturam oblectet, citò humectet, frigefaciat & secedat.*

CAPVT. XIII.

Aquarum differentiæ, & earum facultatum penes gustum.

Duæ

DVæ differentiæ relinquuntur absoluendæ, per quas inter se aquas, earumque facultates differentes cõprehẽdimus, depromẽdę penes olfactũ, & gustũ. Supra in põdere, substãtia, & colore, sunt aquarũ differẽtię, & facultates, exaratæ, tum per cõsistentiam, & pondus, in quo differant, & quid eis eueniat in homine, tùm quæ sint magis secundum naturam per colorem, à quo etiam tenuitas demonstratur. Olfactus, leuitatis, & gustus differentiæ, non æquidem vt color, ac tenuitas, iisdem modis indicant facultates aquarum: nam color ac tenuitas suæ eidemmet puriori naturæ propinquiorem aquam, olfactus autem & gustus à natura hominis vtentis aqua, vel recedentem, vel propinquam indicant: similia quoniam proxima sunt in naturalibus (similium est appetentia dum natura pollet) & quæ magis expetuntur, censeas fore iucundiora gustui, cui non aduersatur olfactus, & si gustus quandoque reijciat quæ suauiter blandiuntur olfactui. Præ se ferunt itaque olfactus & gustus aquarum cũ natura hominis conuenientiam & repugnantiã. Quales in aqua esse debeant, iam animaduertantur. Aquæ vsquequaque laudabili conuenire censet Gal. vt nulla gustum ex-

Olfactus, gustus, & color aquarũ signa in quibus differant.

An aquas optimas oporteat esse dulcissimas.

qualitate afficiat, at cur addidit extraneã, si per eum omni prorsus qualitate carêre debet? patefecit extraneas qualitates, quibus omnis aqua carêre debet in com. 10. sec. 4. lib. 6. Epid. salis, nitri, sulphuris, bituminis, aluminis, eius generis aliorum, & omnino limi odorisque mali: verissima hæc sanè sunt: at quis adeo tam omnibus modis erit demens, vt etiam absque medica facultate has aquas laudabiles fateatur. In lib. de ptis. easdem enumerando qualitates ab aquis abijciendas aiebat, non dulcis, non salsa, non acida, neque acris, seu ingrati odoris, sed sit omnis qualitatis expers, citra vllam aliam quæ sit exterius acquisita, non solum in his inquit citra vllá qualitatem esse debet, quæ sit exterius acquisita, sed etiam omnium sit expers, si adderetur quæ ab exteris acquiruntur, reliquisçet equidem Galenus aquarum proprias qualitates. Audiamus Hip. in lib. de aer. aq. & loc. duas aquarũ species fore omniũ optimas asserentem, præ omnibus alijs fontibus fontiũ aquas ortũ ducentiũ ad oriens, & plutas decoctas & excolatas: talium aquarum qualitates recensendo, primas dixit odoratas, splendidas, molles & amabiles, hoc est dulces, quod clarius exponitur dũ loquens de aqua pluuia, eam splen-

Quarum qualitatũ participes aquæ reijciantur.

Cap. 2.

Quæ aquę per Hip. sint omnium optimæ.

ſplendidiſsimam, leuiſsimã, dulciſsimã, ac tenuiſsimam decernit: ex quibus ſuperlatiuis patet error credentiũ aquam omniũ optimam ex mente Hip. eſſe fontiũ. Si pręter has aliã nullam aquã laudat. Hip. & has vult eſſe odoratas & dulces, cur Galenus diligẽs Hip. aſſectator & interpres optimã aquã æſtimat quę dulcedine prorſus caret, & omniũ eſt expers qualitatũ? qualitatis expers hoc eſt nullũ ſaporẽ referẽs & odorem, quales cõpoſita referre ſolent, Græci dicunt, ἀποιὰ, inſipidũ latini, non numeratur inter afficientia ſenſoriã linguæ paſsionem, quod ſi olfactu & guſtu aquam optimam inueſtigandã proponat Galenus, & obiectũ olfactus & guſtus ſit non niſi odor & ſapor, ſi eã ex horũ carentia ſcrutemur, talis erit inquiſitio per negationem. Dicamus cum Hip. primordia generationis induente: irrepunt in hominẽ partes partiũ, tota totorum temperaturã habentia ignis videlicet & aqua, partim acceptura, partim datura, quæ accipiũt plus faciũt: cũ ex his conſtet homo, cõponentibus organa corporũ, ex eorundẽ occurſu certũ eſt dilectu affici valde magno, quia ſibi inuicem ſunt ſimilia: ſicuti frigefactũ corpus cũ adueniente calore ſe oblectat, ita & æſtuoſæ partes & exiccatæ cum adueniente aqua, hæc

In lib. pr. de Dieta.

humectet illico rarefit, quæ quidẽ elicitur ex cibis non illicò. Rationi consonum est, ex aquarum parte purissima hominem fieri, ex ea re innatum calidum aqua gaudet purissima, eam partes iucundo amplexu deuinciunt, ea se reficiunt exiccatæ, fruunturque ea: his euenientibus nonne dulcissima, & olfactui erit gratissima? Si alicuius externi qualitates referat gustui & olfactui, non absolutè puram, sed magis resipientem eas, à puriori longinquiorem iudicato. Non tantùm compositorum qualitates, quas Gal. posuit aqua referre apta est, sed etiam aëris, terræ, & ignis, vel simul horum, quibus cum misceatur, quoniam se inuicem contangunt & consentiunt. Quarumuis igitur qualitatũ particeps aqua non emanantium à natura propria non habeatur optima: verum dulcedinem in aquis à natura earum propria emanare ex ipso Galeno accipito 4. de simp. med. cap. pr. aqua fundit concretum in corporibus, atque consistens, ergo dulcis, nam inde voluptas manifesta contingit, quod ex eius sententia appellatur dulce: ab aqua fundi quod in nobis est, ac exasperata leniri, testatur vsus & sæpesæpius in superioribus replicatum fuit. Imò per Serapio. ab aqua dulcescunt dulcia.

Dulcedo quid sit in aquis.

Dulcedo an emanet à natura propria aquarum.

li. 1. de sim. med. ca. 37.

li. 1. de sim. med. cap. 2.

dulcia. Propterea potandam aquam citra ſapores alios dulciſsimam eſſe decet guſtui gratiſsimam Hip. dulciſsimam protulit, nec cuique guſtui, ſed ei ſolum, qui in partibus eſt exquiſita temperie conſtantibus. Immo ſi non dulces fuerint aquæ, per longiorem diſtantiam à dulcedine, longè deteriores eſto, namque dulcedo ex Hipp. ſignum eſt optimæ coctur æ, fiunt omnia, quæ coquũtur ſemper dulcia dicebat, dum à ſole coqui vult tenuiſsimum & leuiſsimum aquæ pluendæ materiam: vlterius ciuitatũ aquas ad oriens ſitas vocat amabiles & ſplendidas, quia ſol emergens, & illuſtrans caſtigat ipſas, ſol dulces igitur emendauit aquas. Mouet aquarum dulcedo noſtri naturales potentias, attractiuam, retentiuam, concoctionem, & expulſiuam, miniſtras virtutes nutritiuæ, quoniam dulces aquas, vt dictum eſt, omnium optimas appetit natura.

Guſtu cuius iudicanda ſit dulcedo aquarum.

SVMMA CAP. XIII.

1 *Similium eſt appetentia, quoniam ſunt proximiora.*

2 *Gratus guſtus aquarum & olfactus, indicant eas magis proprias naturæ, cui ſuccurrunt.*

3 *Galenus aquam optimam prorſus expertem ponit omnis dulcedinis.*

4 *Hippocrates dulcißimam fore & amabilem.*

5 *Amabile, gustui gratißimum, & dulcißimum idem est hoc sensu secundum Hip.*

6 *Dulcedinis duplex est species, quæ afficit sensum, & quæ tantum oblectat.*

7 *Per Hipp. duæ aquarum species omnibus alijs meliores iudicantur quia amabiles, fontium spectantium oriens, & pluuiæ.*

8 *Aqua magis afficiens sensum etiam dulcedine, magis recedit à purißima, quæ autem magis oblectat gustum non ita.*

9 *Dulcedo afficit tactum per aquarum effectus, vnde serap. ab aqua dulcescunt dulcia.*

10 *Propter fusionem consistentium in corpore accedit manifesta voluptas.*

11 *Aqua resipire apta est & cõposita & elemẽta.*

12 *Quales qualitates emanant ab aquarum natura, talem aquam demonstrant.*

13 *Dulcedo in aquis iuuat virtutes naturales.*

CAPVT XIIII.

Differentiæ aquarum, & earum facultatum penes olfactum.

An aquam olfaciat cerebrum.

AN odor olfiat in aqua, iam per dicta ex lib. de aër. aq. & loc. fontium aquas odoratas esse, non difficile capesseretur, nisi in eiusdẽ Hip. lib. de car. contrariam assertionem legeremus, vbi aquam

quam à cerebro olfieri non vult nisi fuerit putrefacta. Odoratum esse, ac non odorare distant plurimum. Cerebri humidum non olfacit humidiora se ipso, per aridiora loca fit olfactus ab humido aridi in humido: propter cauarũ patrium nauiũ humectationẽ non sentimus odorem in coriza: præterea propter nimiam cerebri liquationẽ à calido non attrahuntur olida in ipsum cerebrũ, quoniam tunc humidũ non est, olfacit porrò inquit cerebrum humidum existens: in humido quando aridum non inest nulla fit olfatio. Quando aliquod extraneum induitur aqua siue per putrefactionem, siue aliter, induitur siccioribus se, nam omnium quid humidissimum aqua est, verum exutam exteris qualitatibus nõ odoratur sicuti quodlibet aliorum elementorum odore, qualis est compositorũ, & aquæ supradictæ externa cõtinẽtis, veluti quoque est fœtor aquę putridæ: sed odoratas etiã dulces dixit Hipp. blanda quadã voluptate mouentes sensũ olfactus, voluptatẽ inquã, quę non odorẽ compositorum, sed dilectum inferant qualis est voluptas aëris inspirati purissimi. Propterea Gal. nõ ingrati odoris aquas cõmendat, quarum qualitates per olfactum non olfiunt, vt reliqua odorata, sed tamẽ suaui

Quorum & quomodo fit olfactus.

Qualis sit olfactus optimarũ aquarum.

ſuaui quadam iucunditate, qualitates illæ demulcent ſenſum, id notat non ingrati odoris. Quo ſuauior aqua eſt, eò magis & naturę cui impertitur familiaris erit, & velociori diſtributione noſtri, quæquæ pars eam amplectitur, veluti enim præparat guſtui ingerenda. Vterque non refugit alterum, vt plurimum in his, quæ comeduntur & bibuntur per has itaque quinque qualitates iam aquarum declarauimus facultates naturæ proximiores, vel longinquiores. Cæterum non ab vnoquoque iudicandas (& ſi omnes cuique pateant) arbitreris, niſi temperatiſsima conſtitutione ſenſus polleat, horum iudex. Declarauimus itidem, quid ex aquis fiat ingeſtis in corpus, quid inquam in ipſis fiat à corpore, & quid in corpore ab ipſis: verum quid in corpore fiat ab aquis, iuuando & quibus modis, abundè explicitum habeas, nocendo, iam iam clarius habebis: modis iiſdem per quos caſtigant, & medentur cognatis affectionibus, etiam obeſſe poſſunt, tamen eas ad viuum ſi referas, qua ratione lædant, adhuc omni ex parte tibi non perſpectum erit: quod in reliquis quam breuiſsimè animaduertes.

SVMMA CAP. XIIII.

1 *Olfactus fit ab humido, per arida, aridi in humido*

2 *Humectatis cartilaginibus narium, vel liquato cerebro à nimia caliditate, non fit olfactus.*

3 *Aqua nisi putris, non olfit, quia non habet aridum, sed sua iucunditate demulcet sensum olfactus.*

4 *Aquam olfactui iucundißimam non refugit gustus, naturæ enim magis est familiaris.*

5 *Facilius à quaque parte attrahitur, vnde facile rarefit, distribuitur, & optimæ aquæ alias qualitates inducit in naturam.*

6 *Sensus temperatißimus iudex sit aquarum per olfactum, gustum, leuitatem, colorem, & substantiam.*

Dictorum in libro Quinto epilogus in tabularum speciem congestus.

AQuarum vniuersim facultates indaganti erunt inuestigandæ eędem facultates non à causis deductæ, sed ab his, quæ inhærent causis in vnum congestis, vt aquam effecerint exarandis in Tab.28. & quibus in potu aquæ conueniant, & quibus non in Tab.27. Denique inuestiganda erunt omnia, quæ vicissim natura ab aquis, & aquæ à natura patiuntur, & non patiuntur, patiuntur etenim aquæ à natura rarefactionem, emollitionem, & distributionem, natura verò ab aquis, nam medentur & castigant cognatas affectio- Tab.26.

nes. Vel per accidens, per calefactionẽ ſcilicet, vel per ſe infrigidando, & humectãdo infrigidando extingunt ęſtum in continentibus, contentis, & impetũ faciẽtibus denſant rarefactas partes, laxata contrahunt: humectando leniunt aſpera, madefaciunt exiccata, ſordida abluunt, aptãt fluxui & perſpiratui valde aëria, denſa craſſa ſeu viſcida. Naturam non iuuant inſtaurando deperditum vt nutriãt. Aqua non patitur à natura concoctionem quæ eſt ad nutritionem, patitur tamen coctionem tum ad rarefactionem, tum ad liquationem: nec digeſtionem patiuntur quæ ſit ad nutritionem, ſed eam, quæ eſt ad diſtributionem alimenti

Tab. 27. Aquæ potatæ cõferunt in ſtatu naturali præter naturam, & in vtraque decidentia, verũ non quibuſlibet in his, at in pueris & iuuenibus magis quàm ætate vigẽtibus & ſenibus mulieribus, magis quàm ſenib⁹ & viris: pinguibus magis quã gracilib⁹: raro corporis vel vẽtriculi habitui magis quã dẽſo: mẽbris & humorib⁹ naturę calidis & exiccatis tẽperamẽto ſãguineo, & bilioſo, in quo nõ amareſcat: virtuti robuſtę ac validę etiã ventriculi: in aëre calido & æſtuoſo. In ſtatu prętér naturã cõferũt morbis acutis ęſtuoſis cõcocta materia, ſeu in quibus læ-

ditur

ditur mẽs vel caput ab humoribus & vapo
ribus acribus: cõferũt morborũ causis quę
sint æstus. Bilis, sãguis, nõ tamẽ in qbusuis
locis existẽtibus, nã in cõtinẽtibus infestis
phlemone vt in liene nõ cõferũt, in cõtẽtis
conferunt. In Symptomatibus quando vt
nunc dictum est caput dolet, mens lædi-
tur dolet caput cũ mentisperculsione. Cõ-
ferunt in neutralitate quando medẽtur &
castigãt vel refrigerãdo, vel humectãdo, vel
vna refrigerando & humectando ingesta
pro cibo & potu dũ fiunt chylus & sãguis,
sanguinẽ & bilẽ attenuãdo & diffũdẽdo &
incrassãdo: mẽbra simplicia & cõposita de-
lẽdo cognatas affectiones. Male afficiũt a-
quę potatę inunãdo cor vẽtriculũ cauasq;
partes & venas: refrigerando dũ calida sũt
secundũ naturã imbecilla: & dum opus est
calefactione vt in rigore, horrore, tremo-
re, frigore, quolibet & cum materia & sine
materia naturali & nõ naturali: calefaciẽdo
quãdo suspicio est ne aqua in locis calidis
calescat nimiũ ex mora quã cõtrahit in lo-
cis illis, vel amara fiat in bilem transeundo
vt in visceribus phlegmonosis euenire so-
let, & aliquando in biliosos temperamẽto.

Facultates generatim aquarũ indagẽtur Tab. 28.
nũc ab ipsarũ aquarũ colore, sũbstãtia, põ-
dere, odore, & sapore. Ab ipsarum colore
sic pel-

ſic pellucidæ ac diaphanæ conueniunt, tenuitatem etenim indicat luciditas in aquis: non pellucidæ, quales ſunt ſubuirides, obſcuræ, non conueniunt ex earum denſitate. Propter ſuſtantiæ tenuitatem magis humectant, ob craſsitiem & denſitatem earum ſerius in ventriculo diſſoluuntur, vnde cibi non probè madent. Penes pondus attẽdendę ſunt aquæ, vel trutina ſecundum Auic. vt leuiores optimarum ſint facultatum apud naturam, & grauiores non laudabilium, cum tardè transmeent: vel ex earum tenuitate ſecundum Gal. ſic per ipſum tenuiores aquæ leuiores ſunt: vel denique à diffluxu à præcordijs, à quibus diffluẽtes velocius meliores, tardius peiores eſto. Denique quę aquę ſecundum odorem & ſaporem referunt externas qualitates, prauæ ſunt, externas qualitates dico, quæ eis nõ ſunt propriæ, ſunt eis proprię dulcedo tantum & ſuauitas: Quas qualitates, quæ aquæ reſipiunt, oblectando guſtum & olfactum, optimæ ſunt.

Finis.

DE VI-

DE VINORVM ET AQVARVM EFFECTIBVS INVICEM COMPARATIS TRACTATVS PAMPHILI HERILACI.

CAPVT I.

Modus aquarum læsionis ad vinorum naturam relatione habita.



Quarũ facultates ferè omnes ad vini naturã habita relatione describuntur. Earum effectus, quos epotę inferunt in naturã non solùm ijdem non censendi, cũ effectibus vinorũ quibus magis natura vt plurimũ indulget, sed ea, ad quæ disponit eorum alter hominis compagem, cum pænitus curentur ab alio, contrarij censeantur: nimirum in eorum genere etiã perfectionẽ adepti, vt id efficiant in eucrata temperie, quod alter alteri medelam præstet. In ventriculum iniecta, vinum eò dissoluitur facilius aptissimumignis nutrimentum, vt vndique statim aditum sibi comparet augens ignem, ob eius inquam vicissitudinem, quæ ex vino est in bilem, sanguinẽ, totamque naturam. Ignis nomine vtor cõponentis mixtum, significans cõpositum: nec accusan-

Aquarum effectus sunt cõtrarij effectib⁹ vinorũ.

Vinũ cur statim secedat à vẽtriculo.

lib. 8. de Plac Hip. & Plat.

dus est Plato à Galeno, si ignem dixerit in Timæo innatum calidum. Aqua verò non è vētriculo secedit, veluti ignis & aer, iugiter aditum & egressum suscipientes, quoniam tenuiorum partium sunt, terræ partibus & aquæ, ex quibus est ventriculus, omnem locum, nedum ventriculū, tacitè adeunt & penetrant, aquam liquantes, & cibum diffundentes, nec eos quidvis cohibet. Hinc dicta Hip. in pr. de Dieta enucleanda, spiritus alter trahit, alter protrudit, idē vterq; facit, & in vtrāque partem rēdit, deinde statim subdit ad horū declarationē, cibi partim deorsū premuntur, partim sursum vergūt, non nisi hæc fiūt ab igne & aere, & in cibis vel sanguine existētibus, & in corpus ingrediētibus ab ęthere, vt coquātur cibi in alimentū: totumque fiat vnum & simplex. Et hæc forsan innuebat Erasistratus, dū coctionē attritionē nominabat. Aqua igitur diutius per hypocundria labēdo, nisi ex ea fiat vapor, & calescat, paulatim & ignem, qui altera pars est cōpositi, & ventriculū, cui cōcoquētis facultatis principatū natura dedit, epar & mesaraicas in ametriam ducit (præsertim si eius multæ vsus sit cōtinuus) vsquequò qui in eis continetur sanguis frigescat, & vnà cum continētibus partibus veluti cōgeletur, hoc equidem

Ignis & aer penetrant omnes partes, & cur.

Ingrediūtur in corpus & quę sunt in cibo & potu, & quę sunt ab æthere.

Op⁹ aquarum in naturam.

quidē ſanguinis fibris, quas etiá ligamina, villoſque dicūt, inter omnes alias partes apud naturá vſui maximo ad vitæ propagationé, per quá magna eſt pernicies, vnde rigores in humoribus, & eorū coarctatio, ne exhalét, ne diffluát, ne inuicé miſceantur, & quæ ipſo nutriátur membra, eorū viribus cōfractis, eá adipiſcuntur ſubſtantiá, vt denſiora veluti liueſcát, & obſtupefiant, eis longa téporis prolatione hoc eueniendo, totá naturá ſubuertit: non confeſtim, vt in principio ſenſui detrimentū appareat, augumentū ferè abſq; ſenſu aliquo paulatim vt plurimū adeo ſuſcipit, vt homo non niſi in ætate viréti cōſtitutus, nec nō ſeneſcés, aliquando ab aqua patiatur morbos, quos ars ipſa nedùm ſola natura ſanare valet: cōſueta omnia calorem iugiter à ſanguine ſuſcipere, eò deſtituta, & altero, qui congenitus erat eis, ita affliguntur, vt præter naturam imbuantur eò, quod eorum naturæ magis conuenit. Senum corpora humida ſunt, mollia ac frigida propter aquam, ſicca autem propter ignem. Vt etiam ſæpeſępius in arboribus videre eſt olim vetuſtate confectis, horum partes inuicem inter ſe præ ſiccitate diſiunguntur proprio humido indigentes, extero autem abundantes, extabeſcunt. Non mirū igitur ſi variæ ſint

Fibræ ſanguinis cōducunt vitæ propagationi.

Effectus aquarū fiūt non cōfeſtim & cur.

Senum tēperies quomodo humida & ſicca.

hominibus ab aqua inculpatæ valetudines, cum variæ accedant ætates, & compositorum symphoniæ, super ignē si aqua affluat, ex eius affluxu nimio aquæ humiditas & frigiditas consumi nequeunt ab igne, si imbecillis ætate, vel occasione alia reddatur: obsistebat prius, tum quia corporibus incumbebat siccior aqua, tùm ex ignis & aquæ concretione compactiori. Verissimum, hoc in naturalibus iudicandum, concreta magis hæc naturaliū principia, minus vinci posse: tenuissimorū permixtionem & rarissimorum esse oportet, quæ in impetuosis incursibus & ignis & aquæ, prout anni tempus expostulat, nec densari valeant, nec resolui: hinc Hippoc. in lib. de Nat. Hum. sanum esse vult corpus, non solum vbi temperamentum quatuor humores inter se habuerint moderatum facultate & copia, sed etiam vbi maximè fuerint permixti. Quæ igitur plurimam inuicem mixtionem sortiere, magis morborum causis obsistunt: ab his verò magis recedentia, minus regionum perturbationibus repugnant, anni temporū euolutionibus, & ciborū alterationibus, & potuum. Propterea longo ętatis progressu magis affliguntur ab aqua, & omni frigido, ne dum quæ partes frigida cōstant intemperie

Cur pueris & iuuenibus nō obsit aqua.

Principia hominis quo sunt magis permista, minus fit homo morborū particeps.

Sanū corpus quale.

perie siue siccitati iungatur vt ligamenta, nerui, & chordæ, siue humiditati, quales sunt adeps, pinguedo, & cerebrum, sed etiá omnia siue sortita fuerint validũ ignem à natura, siue imbecillem, dum cõponenda creuere in vnitatem ad hominẽ. Detrimẽta hæc necessario sequuntur, aliaque quá plurima cum ex his constet homo, quæ inuicem, quoniá contraria, se interimunt, & vnus altero minor secundum ætatem euadit. Necessitas horũ consecutionis.

SVMMA CAP. I.

1 *Vini & aquæ facultates sunt contrariæ.*

2 *Vinum citißimè auget ignem, & in ventriculo facilè dissoluitur.*

3 *Ignis & aer aquam liquant, & cibum in ventriculo, in quem continuò ingrediuntur, & egrediuntur.*

4 *Ventriculus constat ex pluribus partibus terræ & aquæ, quàm aeris & ignis.*

5 *In ventriculo, & parte qualibet composita ex pluribus partibus aquæ & terræ, à calido aqua redacta in vaporem facilè egreditur.*

6 *Aqua ignem extenuat non confestim, & quibus modis.*

7 *Ab aqua sanguinis fibræ & membra veluti congelantur.*

8 *Fibræ sanguinis maximum vsum naturæ præstant.*

9 *Noxæ ab aquis fiunt non nisi longo temporis progressu vt plurimum.*

10 *Senum corpora frigida sunt, mollia, & sicca, propterea vinum eis & alimentum & medela existit.*

11 *Ignis & aqua quo magis permixta sunt, eò æqualior fit temperies.*

CAPVT II.

Aquarum effectus & vinorum quales inter se sint contrarij.

QVamuis aqua non nutriat nec mẽbra simplicia, nec organica, & eius aliqua posśit omnia per omnia nutrire, veluti ignem omnia per omnia mouere, hinc non omnis nutritionis eã fatemur expertẽ: tamen hanc aquã illam non esse certũ est, quæ hominibus est vsui in cibis & potu, cuius doctrinã persequi fuit à principio institutũ vinorũ respectu: propterea aquæ huius inueniantur & vini quales sint effectus vt in inuicẽ opponãtur, cũ vnà simul administrentur pro potu, vt eiusdẽ mixti tẽperies, & facultates, ex miscibilibus eliciãtur, eorũ quoque inuicẽ cõparationẽ percurrere & vinorũ necesse est & aquarũ facultatum cognitioni, quoniã vtrorumq; facultates referũtur ad alterum. Vnum

Contrarij effectus aquę & vini.

num alere, alterũ non nutrire dicatur, ingestorũ hic est finis, vt vel fiant apta nutritioni, vel vt iuuent, quę apta sunt ad illã, vinum vtrumq; est, diffunditur statim à potu in spiritus & sanguinẽ, vnde statim rubescit facies, citissimã valetudinem tribuens: aqua verò alterum vehiculum alimenti, iuuat, vt humectet, & si non facilè distribuatur at inflet, & robur minuat præsertim vẽtriculi, quod auxit vinum. Nec solùm ex se copia vinum efficit alimenti, sed humores vbique semicrudos concoquit, & crassos extenuando coercet in venis redundãtes, vrinã ciendo, & per alias euacuationes superfluitates educit, & quod est quid amplius etiã aqueas vna die post aliam collectas, remanente non dimoto ab eius sede sanguine, sed potius aucto. Ob id senibus vinũ & alimentum, & medela existit, cum plurimis huiusmodi scateant superfluitatibus, verum ignem exiccat magis. Versa vice nõ coquitur aqua, nec crudos concoquit, crassósue humores, quorum nec decoctorum nullam euacuationem molitur sensibilem, vel sensui non patentem, cum potius corrũpatur, vel mutetur in flatum, quã digerendo conferat alimento, ac distributioni superfluitatũ alimenti. Hinc aqua ad morborũ acerbitatẽ efficitur causa: in venis

Senib⁹ cur vinum sit nutrimentum & medela.

alijſque partibus remanens vel vritur, vel ſanguinem veluti includit, vt mœrore cor conficiatur, anganturque ſpiritus, & interna omnia corrumpantur, vt iam iam relatum eſt in ſuperiori capite, atque in externis fiant excoriationes, morpheæ, impetigines, furfures, putrida vlcera, verrucæ, heriſipillæ, & ſimilia vt Rhaſis voluit, præſertim ſi à non aſſuetis potetur longo vſu poſt eſum olerum: ad has incommodas valetudines inducitur à ſanguine cutis, adepto talem ab aqua conſtitutionem. Non mirum igitur ſi ſuperficiem corporis de albans aqua in liuorem adducit, ex colore humores deprehendimus, niſi fortè in profundo receſſerint, huius coloris ab aqua fiunt humores, quia liuor effectus eſt frigiditatis, quam ſecurè & citra omnem moleſtiam à vino ſanari vult Galenus, ita vt ſi inflammetur à vino, ſanemur ab aqua, quod apud pleroſque in vſum cadit. Rubens verò eadem ſuperficies propter vinum vertitur in rutilum colorem, putredini reſiſtit, digeſtionis vias dilatat, affert animæ ijs contraria, quæ efficit aqua, animæ paſsiones. Liniendo placat vitalia membra ſopore, natiui caloris vndique circuitus augens, quos aqua coercet, eos refocillat.

Cap.70.tr. pr.lib.vlt. conti.

Gal.1.aph. com.2.

Lib.8. catat.cap.7.

SVM-

SVMMA. CAP. II.

1 *Aquarum effectus contrarij sunt effectibus vinorum, propterea se inuicem curant.*

2 *Aquarum facultates ferè omnes designantur respectu vini facultatum.*

3 *Cibi & potus vel fiunt alimenta, vel auxiliantur digerendo alimento.*

4 *Vinum & fit alimentum, & alimento opitulatur.*

5 *Aqua non fit alimentum, sed est vehiculum alimenti humectando.*

6 *Aqua inflat & vires minuit, vinum partibus addit robur, & facile distribuitur.*

7 *Aqua non concoquit, non concoquitur, nec euacuando secedit.*

8 *Vinum concoquit, concoquitur, & euacuationes impellit.*

9 *Aqua cur aliquando fiat causa morborum acutorum.*

10 *Aqua si non euacuetur vel vritur, vel sanguinem suffocat vt interna corrumpantur, & afficiantur externa.*

11 *Aqua potata post esum olerum cutis parit affectiones.*

12 *Superficies corporis cur liuida fiat ab aqua.*

13 *Frigiditas in corpore genita ab aqua, sanatur à vino.*

14 *Inflammationes à vino extinguntur ab aqua.*

CAPVT III.

A quibus facultatibus sint aquarum & vinorum effectus & qui sint eorum proprij, & qui non proprij.

Abundantiam ex se humidi, quã Greci πλημμυρίδαν dicunt, efficit aqua, humidi inquam eius substantię proportionem sequentis: aquæ etenim substantię crassæ humidum producit ex se nõ tenue, respectu tenuis humidi tenuissimarum aquarum, facile per omnia penetrantis. Est aquæ quoque potentia infrigidandi, quamuis aliquando igni admixta temporis aliquo interuallo calefaciat actu, quę tangit corpora. Si humectet vinum quemadmodum Gal.: pr. de san. tu. & pueros & adultos, omnibus modis non erunt aquarum & vinorum effectus inuicem contrarij, tantòque magis cum addat nimiũ humectationi, dicens, nimium humectat pueros vinum, repletque caput halitu ijs qui humido calidoque sunt temperamento: loquens deinde de adultis, non minimè humectare vult siccitatem quę est in solidis partibus, seu ab immodicis fiat laboribus, seu à proprio ętatis temperamento: ex quibus nedum pueros, sed quoque adulto-

Aqua humectat & frigefacit.

Vinum an humectet. Galenus.

Vinorum qualitates in pueros, adultos, & senes.

dultorum senumque partes solidas vinum humectare clarissimè patet. Propter quæ sibi ipsi aliquibus videbitur inconstás Gal. cum in lib. 8. de simp. med. mustum in primo calefacere, vetus vinum in 3. inter hęc medium in 2. affirmet, & his caliditatis gradibus proportione siccitatem respondere: sicuti vinum non datur non calefaciens, ita non exiccans: & si exiccet queĩn admodum calefacit, non tantummodo non humectabit, sed in tertio exiccabit, vel in secundo, vel in primo gradu vinum omne, nisi fuerit à natura sua alienũ, quoniam ex vnius immaturis conficiatur, vt accidit plerumque in montuosis locis, vbi acerba vina fiunt austera & astringentia: vel quid passum fuerit vt putredinem seu aliter recesserit à natura sua quemadmodũ accida fiunt temporis progressu, vel aliam qualitatem, ascissant calidum quodcunq; sit in vino, exiccabit semper sui ipsius humidi substantiam palam fit in omnibus naturalibus: propterea intensiores fiunt caliditas & siccitas tractu temporis in vino: calidum per multum tempus non euanescit quemadmodum aquæ par esset aëris, nisi emarcescat vinum, quemadmodum in alijs mixtis videndum est, cũ incipiunt frigefieri, aduenit macies. Dici posset in mi-

Contradictio.

Qualitates alias à suis acquirit vinum per accidens.

xto 2.

xto 2. est calidum & à natura quod inest calidum, & solis aduentium: quod à natura non est minor in musto quàm in vino alias vnde illud acquisiuerit? cum congeneretur cum mixti forma, propterea, congenitum vocatur. Hoc naturale calidũ intenditur etiam ab externo ob id ebullit, mustum, non erit igitur in intensiori gradu in musto quàm in vino? Respondēdum calidum dici & respectu nostri, pro vt operatur in hominis compagen, hominis partes calefiunt magis à vetere vino quàm à musto: & sui ipsius respectu fieri potest, aqua ardens vetustius quo erit vinum eo excellentior fit ex eo aqua vitæ: Horum causa inuenta dissoluentur difficultatis omnis quæ circa vinum tot tantisque medicis attulere laborem. Caliditas ab humiditate etiam remittitur, si aquæ sit humiditas, & à siccitate intenditur magis si sit ignis: & si calidius sit mustum tamen à partibus aquæ quibus constat reprimitur ac tepescit, quibus exolutis operatur magis vini caliditas: partis aquæ insunt musto plurimæ patet ex earum resolutione per ebullitionem: coctum vinum robustius erit semper non cocto: caliditas depressa magis, minorque portio caliditatis, humiditatis autem aquæ plurima erit in vini

vini non cocti, quam in cocti vini poculo, pariter in recenti quàm in veteri: Propterea non calefimus à recenti vino quemadmodum à vetusto: vini igitur caliditas exiccata magis operatur exiccãdo & calefaciẽdo, quã madida in recẽti vino. Igitur caliditas duplex est in vinis, propria & acquisititia, propria caliditate vinũ vet⁹ calidi⁹ est recẽti vino, acquisititia antẽ vinũ nouũ ventere est calidius, qua euanescẽte caliditate magis recedit à dulcedine: pariter de siccitate dicatur, duplicẽ in vinis eam reperiri & aduentiam & naturalem, naturalis à principio imbecillior imbecillius operatur, temporis autem interuallo fit intensior, ad nihillum ea siccitate redacta quæ recẽti inerat vino ab externis aëre & sole: per caliditatem & siccitatem aduentitias musto inhærentes, si adeò calescat in ventre mustum vt ferueat & conturbando subducat aluum, nondum vini naturam habet, propterea vino non sunt propria, nec secundum naturam. Vinum igitur vnde humectare dicetur? Plato in 2. de leg. vinum ignis nomine noncupauit, dum illud pueris prorsus prohibet ad annos vsque 18. nõ oportet inquit in corpus ignem igni suggerere. Quomodo præterea pueros humectabit ex Gal. si existit ignis? In ea parte libri

Caliditas in vinis naturalis, & aduentitia.

Siccitas 2. in vinis.

Musti qualitates non insunt vino.

Plato.

te libri de Dieta, quam Galleno pr. de al. fac. cap. pr. non recedere asserit à doctrina Hipp. notantur hæc eius dicta, primo vinũ calidum est & siccũ: 2. Nigra & austera sicciora sunt, humiditates ex corpore consumẽtia: 3. Mollia nigra, & dulcia nigra humidiora sunt: 4. Tenuia dulcia vina humectãt corpus: Acida vina humectant per aquam vna cum vino ingrediẽtẽ: 6. Sapa calefacit, quia vinosa est, humectat, quia alit. colligatur ex his imprimis vinũ humectare, quia alit. cap. 4. lib. 3. de al. fac. Gal. circa vina rubra & crassa explicãs quid esset alere, aiebat, hæc alunt, quia sanguini generando sunt accõmodatissima, cuiusmodi hic sunt vina humectantia mollia nigra, & dulcia nigra. cap. vlt. de att. die. vina crassa & nigra, vt sireõ, id est, sapa, omnia dulcia sunt, sanguinẽ multũ & crassum ponunt in venis sanguis plurimus ex vino genitus plurimum irrigat mẽbra, humiditate autẽ retinẽte semper naturã suã ex Gal. 2. de al. fac. c. 6. hoc sẽsu vinũ humectare intelligatur & aquã minimè vt cõ. in li. 4. aph. vbi solidas partes nõ humectari vult. Gal. ab aqua siue epota siue extrinsec⁹ adueniẽte. tex. cõ. pr. li. 4. de ra. vi. in ac. etiã humiditates Hip. & Ga. vocãt, quę qualitate acres fuerint, & facultate exiccatoria, exẽplificat ibidẽ de vino Gal.

Hippocrates.

Alere quid sit.

Modi per quos humectant vina. Primus modus per Hipp.

no Gal. quod luce clarius omnia manifestat: humiditates igitur, qua humectātur partes, aliquando eas incendūt & exiccāt. colligatur deinde acida vina humectare, propter aquā cūipsis ingredientē, quoniam per se vt vinū humectare nequeunt, sed vt habent plurimus aquę partes. Hippocratis itaque positis & Gal. & sic satisfacere oportet, si acida vina humectēt propter aquā epota alia vina humectabunt etiam humida materia partes imbutas, propter humiditates obuiā vinis factas, eas nāque sua caliditate ac siccitate rarefacit magis, rarefactę humiditates, in maiorē molē attollūtur, & in naturā potētiores fiunt, hinc humiditatū illarū plenæ particulę madebūt magis. Sic quoq; ignis, quo magis agit in aquas, humectiorē efficit aērē: circa vētrē maximū dicebatur in pr. de Dieta aquę frigidę & humidę cōgregatio, transitus spiritus frigidi et salidi ad terræ imitationem, omnia, quę in ipsum incidūt, alterātis. Humectat igitur vinum per accidens, non quemadmodū aaqua per accidens calefacit: in se hæc ignē cōtinet, vinum agit & humiditates rarefaciendo, & distribuendo, ob id facile penetrat ac deducit.

Secundus modus. Contradictioni

SVMMA CAP. III.

1 *Aqua omnium maximè humectat.*

2 Humiditas

2 *Humiditas aquæ respondet eius substantiæ.*

3 *Aqua per se infrigidat, & accidenti calefacit.*

4 *Vinum humectat tripliciter, rarefaciendo humidum, distribuendo, & quia alit.*

5 *Alit vinum quia commodum est sanguinis generatione.*


6 *Vinum nouum propria caliditate frigidior est vetere vino, acquisititia autem est calidior.*

7 *Vinum vetus calefacit & exiccat in 3. Nouum in pr.*

8 *Vinum nouum medetur humiditate, quæ consummitur temporis progressu à vini caliditate.*

FINIS.





TIBVRTIO VICENTINO REATINO. I. V. PERITO COMPATRI SVO.

PAMPHILVS HERILACVS.

SOcrates gerens munus obstetricum Philosophando, non parientium vnquam, verùm parturientibus opem ferentium, dum in Teæteto profitebatur sapienter, se scire nihil respondere, sed solùm interrogandi callere artem, natiuam potius, quàm à se acquisitam, asserebat huc & illuc impulsu iugi ferri prægnantes animos, quando in se ipsis habent quid artificio conficiendum. Id partum dicebat, veluti Homerus quoq; capellam, quod expresserat opus de nauigatione Vlyssis, ac de Ilij excidio, eoq; magis iam appropinquante

ad pariendum tempore, quo ad expletos ediderint fætus. O quam experta & diligens obstetrix, non solùm partus animorum prænoscens, verum etiam ascendens eorum cacumina, quid vnquam vnusquisque poßit, ante alios edocuit omnes. Tales aliquando partus animi prodeunt numeris omnibus absoluti, apprimèq; vberes, quales nulli non mirantur. Si eorum omnes omnem inuicem similitudinem nō gerant, & senescentes nunquam, & alij cuiuscunque generis producti, sat est omnibus monstruosos non videri, nec informis eorum informes: Ex diuerso semine, diuersis inquam scientiarum dogmatibus, ipsorum diuersitatem attendimus: vel si sit idem dogma, tamen in eadem natura non seritur, non eædem singulorum sunt temperies, nec eadem vniuscuiusque natura, cum semen alia non admittat, multum alia tollat, alia quid à semine diuersum gignat: sic idem ratiocinandi modus, quemadmodum moris est obstetricum, varios fætus educit. Tunc mens mea concepit partum DE ARTHRITIDE ET PODAGRA conficien-


conficiendum, quando tuos mihi recense- bas in Arthritide labores. Semen est na- ctus præseruationem articulis nondum dolentibus, et valetudinem dolore langui- dis offerens, vt agrorum fætus alimenta corporibus. Non quieuit animus donec specimen non fuit ex huiusmodi semine formatum, & auctum: quod nunc tibi trado, vt in id inspiciens facile cognoscas tuam affectionem instaurandam in pristinam sanitatem, cui toto animo incumbe.



INDEX CAPITVM, QVÆ HOC OPVS CONTINET.

Em-

FINIS.



DE ARTHRITIDE, ET PODAGRA CONSILIVM,

PAMPHILI HERILACI REATINI.

CAPVT I.

Quid agendum & noscendum medenti morbum articularem & Podagram.



RTHRITIDEM propugnanti duo præcipua occurrũt agenda: primùm corporis partes iterum nondum languentes erunt eò vsq; seruandæ, vt facile non admittant reuersurum morbũ. Secundum, is dum adest, tollatur omni conatu, & obtundantur ipsius dolores molestissimi ægro: quibus mediis, eo per- Duo proponuntur.

tractabirur ſtudio (poſt aliqua neceſſario attingēda, quod paucisſimis præſtabitur) quo cū meo ab incunabulis amicisſimo opus eſt mihi. Noſſe oportet quid ſint articuli, in quib. eſt morbus, & eorum naturā: deinde quid & quale ſit, quod in eis dolores excitat, & quib. modis, quaſq; & hic morbus, & dolor, habeāt cauſas effectrices ſui: deniq; de his morbis & ſcientiā & curationē inquirentibus, animaduertere opus eſt nobis, quæ eos ſigna comitētur inhærentes, vel impoſterūm aduenientes, vt ex his omnibus, eo percepto, quod euētu-rū ſperamus, vel timemus, curationē ſaluberrimā in præſenti propoſitā aggredi valeamus. Cognitionē horum neceſſariā duximus, partis in quā affectæ, morborū eſſentiæ, cauſarū, ſignorū & indicantium & prognoſticorum, quoniam per indicantia patet aditus, ad morborū naturā, qui curari debent, & ad cauſarum ablationē: per affectam partē indicatur remediorū quantitas, & eorum vſus: per futurorum denique coniectationē indicantur exhibenda tum pro cibo & potu 1. aph. 9. tum pro pharmacia, 24 eiuſdem. prius igitur his explicitis, ad affectus præſeruationem, ac curationē, quàm breuisſimis me conferam.

Dicendorum ordo.

Dicendorum neceſſitas.

1. de loc. aff. cap. 4. & 2. ad Gla. cap. 1.

CA-

CAPVT II.

Quid notet nomen arthritidis & podagræ.

ARthritis vocatur morbus, per quem ea pars humani corporis doloribus ab inflammatione laborat, in qua sibi inuicem nectuntur extremæ ossiũ, quæ mouentur, partes. Morbus à læsa particula nominatur, 2. met. cap. 2. Gal. ἀρθρίτις, id est, articulorum vitium, artũ & si ex aliorum sententia, tamen con. 52. lib. 2. de frac. nominat Gal. ossium caput, quod recipitur in cauitatem alterius: recipientem cauitatem dicit acetabulum. Inter acetabulum & artum fiunt sinus vtplurimum ampli, muccis referti & saliua, etiam naturaliter se habentes, ne ossa & ibi alia congenita motu terantur & arefiant: loca hæc, articulationes, artus, articulos, quæ etiam iuncturas Arabum sectantes medicinam dicunt. Ab effectu podagra dicitur nam pedicen Græci ποδάγραν vocant cum pedicis more, qua illaqueantur pedes, ambulationem impediat.

Arthritis quid.

Artus quid.

Acetabulum quid.

Podagra vnde dicatur.

CAPVT III.

Quid in arthritide afficiatur & podagra,

IN articulatione qualibet nostri corporis insunt membra inuicem artum & acetabulum connectentia, syndesmi, ligamina, vinculaúe dicta, insunt nerui, mẽbranæ, ac tendones & musculi. Partium harum, quæ afficiatur in arthritide & podagra, non cõstat apud omnes. Gal. & lib. 10 catat. & com. 49. lib. 6. aph. cauum illud inter acetabulum & artũ adhuc expleri asserit, vt circumsitas tendat partes ad cutim vsque, quas etiam ab eadem fluxione expleri contingit, vt neruos tendat at tendones. In lib. de Affect. Hipp. in articulos incumbit morbus, articulos intelligit, vt in lib. de arte, partes, in quibus ossium, quæ mouentur, commissuræ inuoluuntur, sunt artus, acetabulum, & quæ circumstant partes ad cutim vsque: vt videbimus ex Auicenna. Fernelius cap. 18. lib. 6. de par. morb. & symp. non solùm expleri negat cauum illud, & nihil eò penetrare affirmat duabus rationibus: prima est, aperta cute excidit humor iam in tophum calculumúe concretus in podagra & chiragra, syndesmis integris illæsisq; manentibus: secunda in ischiadis pixide si cumularetur humor, nec tàm vehemens, nec tam latè diffunderetur dolor. Si igitur in extractione tophorũ integri remanẽt syndesmi, proba-

Pars affecta secundum Galenum.

Secũdum Hippocratem.

Secũdum Ferneliũ.

Prima ratio.

Secunda.

probabile est, eos nõ in cauo illo fieri: præterea curaui quendã, cui in articulationib. & manuũ, & pedũ, rupta cute effluebat gypsi formã referens humor, non itaq; inhærebat in cauo secundũ Ferneliũ. Verùm nõ solùm in cauo hæc omnia gignũtur, dolorem nõ præbentia, propter loca sensus expertia: sed etiã in articulationũ partibus vsque ad cutim, necesse est humiditates à venis eò affluere magis, quà iugiter solent omni tẽpore, sinus articulorũ sunt refertiores, quàm circũsitæ eis partes humiditatibus, delatis nõ nisi à uenis, vel per partem post partẽ: quando quid amplius influit in confinia redundat, tunc fit dolor, præterea in chiragra tophos tãgimus articulis infixos, mouerentur aliâs quemadmodũ partes aliæ. Si carnes in macilẽtis non rectè ex arte fame maceratæ muccatiores fiãt tex. 31. lib. pr. de art. Hip. quemadmodũ in senibus, quia magis abundat exterũ humidũ, ob id ab humore crudo fiunt vt plurimùm hi morbi, tanto magis mucci & in articulis & in ambiẽtibus locis copiosiores existẽt, propter humidum articulis familiare, quod ab ipsis iam expletis, nõ recipitur, & in quas diffunditur partes, in illis coalescere potest. Nerui ac tẽdones cũ articulationib. tendũtur, omniũ cũ sit vndiq; cõsensus,

Cõtra Fernelium. Ad primã.

Ad secun.

ſus, compagine illa, qua omnia vnum ſunt, in articulationibus diſtracta in plures partes à repletione, non niſi dolét ſenſus partes participes, quæ multæ inuicem ibi terminantur & confunduntur, plurimũ ſenſum participantia magis dolent: vtręq; coxendici præmagnum ineſt acetabulum Gal. in lib. de oſs. cap. 20. coxendicis acetabulo innectitur caput rotundiſsimum fœmoris, ſinus cũ ſint magni, cauſam plurimam admittunt, vt & plurimam tenſionem neruis viciniſsimis adaugeát per coxas & crura diſtributis ad pedes, & verticula compingantur: compacta verticula Hip. in lib. de dieb. iud. in cauſa ſunt quòd æger articulos vertere, ac mouere nõ poſſit. Clariſsimũ eſt igitur morbi materiam primò cauum occupare, quod etiam in lib. de Arte his verbis monuit Hipp. articulorum nullum eſt, quod non ſubſpumoſum ſit, & circa ſe forulos habeat, quos ſanies prodit, quę deductis ipſis, multa & magno multorum mœrore egreditur. Siue igitur cõpingatur arthritidis materias, ſiue forâs exeat, articulorum inhęrebit cauo, manẽtibus illæſis integriſq; ſyndeſmis, nihil igitur noui affert ſententia Fernelij. Auic. cap. 5. tr. 2. fen. 22. lib. 3. Quod patitur in ægritudinibus iuncturarũ eſt membrũ ſuſcipiens

Secũdum Auic.

vel

vel intemperiē, vel ſuccum naturæ alienū, vel quoniam eſt debile in creatione ſua: quando iuncturæ à dolorifica inflammatione vexātur, palam eſt mēbra ſuſcipientia eſſe partes omnes, ex earū inflatione, inflatæ magis, afficiuntur magis, quomodo afficiantur iam iam exarabimus.

CAPVT IIII.

Quæ partes proprio affectu laborent, & quæ per conſenſum.

PEr ſe ſeu dicas proprio affectu laborāt in arthritide partes inflāmationis participes, poſſunt eſſe ad cutim vſq;: tantum modo laborabit primario affectu cauum illud quod primò expleri diximus. verùm partes oēs elaborabunt nunc dicendo ordine. Nerui & ſi afficiantur per quos motus diſpenſatur arbitrarius, tamen lege cōſortij, q̃ cum articulis ineūt & confunduntur. Afficiuntur etiā per cōſenſum tendones, ob continui ſolutionē, dum tēduntur, cùm ex Gal. lib. 6. aph. con. 49. eadē de cauſa doleant, qua nerui. Sic afficiūtur aliquādo & ſyndeſmi, & alię, ibi partes, ob articulationū ſpatiū, Gal. ibidē. Primū fluxiones articulationū ſuſcipiūt ſpatia, ad quarū ſuſceptionē vincula tēdūtur, deindeque in orbē circūſtāt omnia ad cutim vſq;. Nō Paul. cap. 78. lib. 3.

clara

clara ex dictis Galen. 2. de loc. aff. cap. 7. traditur nobis Asclepiadis opinio, quam Archigenes impugnat circa partem affectam in arthritide, dum neruum affici existimabat, non tamen doloribus affici cum non sentiat: carnem è contra dolere, non affectam, sed compressam, per neruum an vincula intellexerit? an musculos per carnem? eam propterea missam faciamus: illud addendo in podagra articulationes tantùm pedum affici: in arthritide plurium partium: & dum neruum affici censet Asclepiades, cur secundum Fernelium non erunt illæsi syndesmi?

Asclepiadis opinio.

CAPVT V.

Loci qui possint Arthritide laborare.

Cap. 78. lib. 3.

VIdentur quodãmodo ridicula, quæ ponuntur à Paulo, tamẽ ex aliorum sententia, & iecur & lienem articularibus dolorib. cõflictari, cum in hisce visceribus adsit nulla articulatio, vnde nomẽ morbus assumat, tamẽ cùm in locis demãdantibus fluxionẽ in artus, & si artus non sint, tùm recipientibus, quæ sunt vel articulationes, vel aliæ cauitates, fiet arthritis secundũ ibidẽ posita. Denominabitur à locis demandantibus puta à iecore & liene, cũ illicò ab his in artus vitiũ detrudat, sin

minus

minus interimit: præterea Hip. ab exuperante humorũ copia afficitur nõ modo locus, exquo abſceſſerit, verum etiã ad quem affluit, eodem ſcilicet affectu in genere, & ſi pars affecta differentiã faciat, vt in lib. de flat. Articulationes quæ in Arthritide affici poſſunt ſunt, internodia, tali, fœmoris, genu, iſchiadis, vertebrarũ, humeri, cubiti, maxillæ, manus, & digitorum omniũ. Cauitates alias in faucibus, in auribus, in dẽtibus ſi reperies hoc morbo laborãtes, modus erit, puta circa dẽtes duplex, pr. ſi caui fiant ab aliqua eroſione, vel aliter, & impleantur quouis humore: ſecundus, ſi inter dentem, & locũ, cui dens inhæret fiat aliquo modo capacitas ad aliquid ſuſcipiendũ. Si impropriè vel propriè hi affectus à Paulo poſiti dicantur arthritis, alijs diſcutiendum relinquamus, ſtatuentes illas partes affici poſſe omnes, in quibus oſsiũ, quæ mouentur, inuoluuntur cõmiſſuræ. Tex. 21. lib. de nat. hu.

CAPVT VI.

Quibus modis afficiantur partes in Arthritide & Podagra.

INflammationibus ſemper moleſtantur articulationes ab hoc morbo, quãdoq; diſtortionibus, vel abſceſsibus, ſemper etiam ſenſu moleſtiſsmo, tenſionibus, gra-

uedine,&continendo,quod est præter naturam:quandoq; etiam punctionibus, vel mordicationibus: horum diuersitas accidit vel propter materierum substantiã vel multitudinem,vel qualitatem, quæ prosequemur, quando de causis erimus verba facturi.

CAPVT VII.

Natura & vsus partium affectarum.

Substãtia articulationum.

ARticulationum constitutio ex terræ pingui,& glutinosa constat substantia:pingui,propter osium naturã:glutinosa,propter neruea membra. Pingue in ossa redactũ,euasit frigidum: glutinosorũ natura frigida est omniũ & ligamentorum. Tẽdenum substantia ex neruo cõponitur & ligamẽto. Ligamenta ex osse ducunt ortũ, propterea hæc sicuti ossa sensum non habent:tendones & si sensum habeant, non propterea est acutus, ligaminum ratione neruis admixtorum,aliâs ambulãtes semper doleremus. Omnium igitur iuncturarum partium natura ac temperies frigida est & imbecillis: vsus plurimi motus arbitrarij,vt abunde Gal. lib. 12. de vsu par. circa principium: forma caua, & situs, à corde longinquus.

Tẽperies. Vsus.

CAP.

CAPVT VIII.

Vnde sit quod artus facilè humiditates admittant, & difficulter easdem discutiant.

FAcile humiditates redundātes ex humoribus recipiunt cū imbecilles sint partes à natura, non quoniàm longinquę sunt à corde, vt aiunt plurimi, sed quoniam in ortu primo frigidam nactæ sunt temperiem, ratione componentium, attamen calidæ quoq; sunt, ratione plurium venarum, cū omnes finiant in articulationibus manuum & pedum, vt in lib. de nat. pue. Hip. propterea non mirum, si fluxionem plurimum admittant : vlterius sunt cauæ, sinus habentes magnos. Quæ humiditates ibi conceruatæ, cum difficile discuti, & euaporare posſint per supradictos forulos, ex densitate, frigiditate locorum, & quoniam tenuiſsimæ ac densiſsimæ sunt illorū locorum venæ, diu ibi aliquando retinentur, nec facilè in loco natura frigido calescunt, præsertim quando frigiditati iunctus est lentor. Imbecillis sunt naturæ, quoniam aduersatur frigiditas omnibus animæ actionibus Gal. de an.

Venæ omnes vbi finiant.

Cur sint debiles à natura.

mor. & corp. mut. conſ. & cap. 3. lib. 3. de cau. ſym. frigidũ vbiq; debile eſt, ac torpidum, ſiue humiditati, ſiue ſiccitati iũgatur.

CAPVT. IX.

Eſſentia morbi articularis & podagræ.

IN cauitatibus quorumuis articulorum humiditates receptæ, non naturales factæ, inflammationem excitant eã, quæ hoc nomine nũcupatur & ab Hip. & à Gal. à qua dolor ſympthoma eſt. Inflammatio in triplex redigitur morborum genus, cõpoſitionis, quia eſt in magnitudine morbus, intemperiei, & ſolutionis continui. Cũ triplex ſit hic morbus, triplex articulis inerit affectus, in quãtitate, & qualitate, cõtinuo. Quãtitate partes adauctas tendit ac grauat multus humor: ſicuti qualitate peccans, pungit, diuidit & vulnerat: continuum ſic ſolutum moleſtũ triſtemq; ſenſu infert, quod doloris eſt eſſe. Plures non poſſũ non mirari, per doloré diffinientes arthritidé, cum per eoſdé dolor hanc inflãmationé ſequatur. Dicatur potiùs Arthritis articulorũ dolorifica inflãmatio, ex interuallo corripiens: & podagra articulorũ pedũ, in alio nõ differt ab Arthritide, hæc ſibi determinat affectã partem: Arthritis articulis omnibus, podagra pedũ tantũ articulis ineſſe poteſt. Sic dolor in Arthritide erit nunquam

6. aph. tex. con. 49.

Arthritidis genus.

Nic. flor. tr. 2 ſer. 7. & Ant ab altomari.

Arthritides quid.

Podagra quid.

mor-

morbus, sed sympthoma semper: nec negabimus nos, fore aliquãdo causã intẽsioris morbi, cũ dolor fluxionem proritet. 5. met. Gal. c. 3. si causam sumamus pro principio. Sed videtur de Arthitide non dici inflãmatio. Gal. cap. vlt. lib. pr. ad Gla. à veteribus excandescentiæ, veluti etiã Herpetes, & Erisipelates dicunt inflãmationes: à recentioribus affectus ex calidis cũ tumore duro, atq; dolore Phlegmonoso tex. ait, sed mendosè, cũ sit potius legendũ dolore pulsatili: & huius affectus, 2. eiusdẽ cap. 1. tres posuit species, vnam ab affluenti sanguine, alterã à bile flaua, tertiã ab vtrisq;, semper igitur ex calidis erit inflãmatio. Arthritis verò causam habet vt plurimũ humorẽ pituitosum, vel propriè dicas crudũ 10. catat. cap. 2. verũ potest hic, dũ inflãmantur, fieri sanguis & bilis: præterea quãdoq; sumitur inflãmatio pro abscessu quolibet. Potestne vnquam à cõgelante frigore crassescere humor ille crudus? nunquã congelatio incipit à frigido, vt perficiatur à calido 4. meteor sum. 2. cap. 3. Ex tẽporis interuallo excitari testatur Paul. quasi velit absurdissimũ esse affirmare cõtrariũ. At tristis sensatio in nodosis affectionibus articulorũ fit semper à quoq; motu etiã absq; inflãmationẽ, propterea esset hic inquisitionis loc⁹, an tophi

An Arthritis sit in flãmatio Dubium.

Respõsio.

Gap. 78. l. 3.

Dubium.

nodiue in articulis articularẽ morbũ constituant, nam hi fluxionẽ iam præteritam indicant, tristẽ sensationem inferentes. Dicendũ nisi dolorificã inflammationem inferunt ex interuallo, non esse arthritidem, à ligamentis quouis affectu afficiuntur, dolorem non patimur, nec dũ impletur quouis humore articulus. Dolor ea est huius morbi differentia, vt ipsum aliqui dixerint morbum vt Ant. ab Altomari cap. 114. li. de med. cor. mal. esset Arthritis accidens absq; subiecto morbo, nisi fluxio quæpiã secundũ eundẽ fuerit morbus, cũ dicat: Arthritis est articulorũ dolor à fluxione quopiã ortus: erit fluxio causa morbi. Ex interuallo igitur dolorifica articulorum inflammatio est Arthritis.

Respõsio.

CAPVT X.

Plures horum morborum species.

QVæ dicuntur de Arthritide, etiã dicantur de Podagra. Arthritidẽ aliquando concitat sola particularũ corporis intemperies absq; materia, ex Auic. ponẽte etiam huius affectionis signa, dolor sine grauedine, & absq; inflatione, non perspicitur alteratio coloris, neq; materiei signũ: simplex hic morbus est, inquit, ex rarò cõtingentili. Sed quomodo sub dicta Arthritidis diffinitione reponemus hanc ipsius speci-

1. Species.

Cap. 6. tr. 2. fen. 22. can. 3.

Dubitatio pr.

ſpecie͂, cum inflãmationem non admittat? quáuis 2. ad Gla. cap. p. ſecundá ſtatuat inflãmationis ſpecie͂, quam ſiccá dicit abſq; vllo ſanguinis affluxu, hanc nunq̃ in articulis procreari dicendũ erit, cũ natiuus calor ibi abſq; humoris affluxu accendi nequeat, vt inflãmatione͂ faciat ſiccá: inquit Auic. non perſpicitur caloris alteratio. An fiat ab aliqua externa cauſa inflãmatione͂ ſiccam excitante, calore, vel ſiccitate? dicendũ hanc morbi ſpeciem nequaquá eſſe ſupponendam in doctrina Gal. cum dicat in com. 28. lib. 6. aph. ſi humor ſuperuacaneus nunquam affluat in imbecilles partes, neq; vnquá talis futurus eſt morbus. Horum præcipuorum Medicorũ diſsidiũ hac in re ſenſus determinet. Eſt & tertia horũ morborũ ſpecies, quæ generatur ex ſuppreſsione ſolitę fluxionis, ſeu ſãguinis per hæmorrhoidas, vterũ, nares, ſeu alicuiꝰ vitioſi humoris pectus pungentis, & dorſũ, veluti ab vrtica, cuius meminit Hip. in 2. li. præ. hæc arthritidis ſpecies, quemadmodũ & dice͂dę, nõ ſedatur podagrico modo, ſicuti ea ſedatur, quá ponit Gal. quoniá partem affectá ſupponunt, à qua cõtinuo q̃d expellatur in artus. Quãdoq; etiã generatur ab aliqua alia affectione, diuerſũ à ſupradictis modũ generationis require͂te, qualis eſt pr.

Reſpõſio. 2. ſpecies. 3. ſpecies. 4.

& secunda Arthritidis species, quas Hipp. descripsit in lib. de loc. in hom. prima est per fluxionem à capite in carnes, hydropis plenæ carnes vndique ad articulos impellũt, quod si modicum fuerit, articularem morbum generat.
5. Secunda est per id, quod à dicta fluxione iam sanata, relictũ in carnibus fecerit tuberculum, cui cum non sit exitus, fugit inquit Hip. in id, quod cedit, à tuberculo est hæc fluxio in articulationes: prima à carnibus, seu à capite. Ex medicis plurimi decipiunt circa hęc arthritidis genera, referentes ea in linguam gallicam. Propterea quam diligentissimè præterita & præsentia inuestigare oportet.

CAPVT XI.

Modus Arthritidis & podagræ generationis.

1 modus, TRiplex modus est horum generarionis. Primus, quando ex imbecillitate, & intẽperie, quod attrahunt articuli, fit ibidẽ excremẽtum.
2. Secundus, cum humores commoti siue in cauitatibus, siue in ambitu corporis, & carnibus incumbũt in articulos: hic tangitur modus à pituita, in lib. de aff. Hip. commouentur à iam dictis externis causis, expellũtur ad artus tãquam ad inferiores partes, & remotiores

à nobilio-

à nobilioribus apud naturam. Tertius modus est ab alijs partibus ad articulationes materiæ morbosæ demandatio, qualẽ per crisim vel aliter in morbis fieri videmus, casu incidit, vt eò fluat expulsum. Nec solum hic morbus in morbis apparet verum etiam absque morbo aliquando pars aliqua replet artus: quando eiusdem partis expultrix facultas, quod grauat eò expellit: validior semper in naturalibus, quod obest impellit ad imbecilliorem locum. Omnes hi modi eam generationem habent, vt vel repente, inquit Aet. irruat malum æqualiter per omnes articulos dispersum, quod tantum fit exercitia consueta repentinè dimittẽtibus, & se ad pleniorem robustissimumque conferentibus cibum: vel clãculũ & paulatim incipiũt fluxiones, quod vt plurimum contigit.

Tertius.

Ser.12.c.7.

CAPVT XII.

In quibus partibus arthritis incipiat & podagra.

ARthritici ferè omnes fiunt prius podagrici, ex Gal. com.38.lib.6.aph. & Auic. in causa sunt plurimi motus, per quos attrahunt magis motę partes: & loci natura, non potentis expellere. Qui-

Ca.6.tr.2. fen.22.li.3.

bus podagra incipit, maiori ex parte ex vno articulo generatur, 10. de comp. med. per loc. cap. 2. qui sit hic articulus non persequutus est Gal. alij pollicis dicunt, alij minimi digiti sunt qui cauum pedis affirment, alij calcaneum, alij partem pedis externam, sed ad quod hæc, cum vndique ortum trahere posit, quandoque incipit ex duobus articulis, quandoque ex pluribus, progreditur deinde in omnes articulos, inquit Gal. diuturnitate temporis non tantum pedis, sed in alios etiã si sit arthritis, in genu, ischiadem, manus, aliquãdo ad spinæ vertebras, costarum, iuncturas, maxillas, miserabile morbi genus, denique aliquando nullus est ossium nexus, qui per hunc morbum affici non posit talis est vt plurimum arthritidis decursus, nã aliquibus non incipit à podagra, sed à manu: aliquibus à genu: ab ischiade aliquibus: pro ut robur eis inest vel debilitas: aliquibus à partibus pluribus: vel etiam ferè ab omnibus.

Citato loco.

CAPVT XIII.

Pars à qua fluit humor in articulationes.

Qvæ à parte demandante ortũ trahit arthritis & podagra, supponit partem, vnde iugiter humor expellatur

tur ad artus quandiu inhærebit inflammatio dolorifica. Partem hanc aliqui viscus aliquod dixêre, intimasque partes, vt ea generatur arthritis in lib. 2. præd. propè finem: per aliquam prius purgationem se euacuare solebant, qua cessante, tument continuo, mandãtes tumiditatis causam ad articulationes, magis tunc repletur corpus excrementis. Fernelius capitis autem, seu cum ipso dicas, quæ est extra caluam, ponit originem arthritidis: aqua per corporis summa sub cute cẽset humorem decurrere deorsum morbi causam: non autem à viscere, aliaue interna parte originẽ ducere arbitratur: nam inquit aut necesse est per venas ferri sincerum humorem in artus aut eò tunc secerni quando decedit per venas labetur, aut per alios ductus si per venas cur cruditates in cacexia & visceribus in pedes incumbentes, dum tument arthritim non generant? cur etiam phlegmonem non excitat? Quęrere à Fernelio non esset absurdũ quo, modo illa cruditas in cacexia secernatur in pedes? certum est, quod alimento non conducit, molestare naturã, molestum omnes partes quęrunt expellere vndequoque ab omnibus fortioribus depulsum dicebatur ab Hip. de loc. in hom. ad articulos refugium facit: cur pedum potius? ob venas

Secunda opinio.

Ratio.

Contra Ferneliũ.

plurimas eò decliues & carnes: In cacexia non quomodo expellitur, cum iam excrementorum copiæ natura cesserit. Phlegmonem non exutat ratione locorum naturæ, & tenuitatis & alterati ibidem collecti succi. In crurium pedumq; tumiditatibus in cacexia carnes non articuli replentur aqua: propterea facile discutitur: vel si aliquando repleantur articuli, cum aqua sit, & aliæ partes cedant, quia humidissimæ, non fit arthritis. Propterea dicamus & à visceribus intimisque partibus, & à toto corpore humorem eò deferri posse, & per venas, & per partem post partem.

Tertia opinio.

CAPVT. XIIII.

Causæ internæ arthritidis & podagræ.

Ca.78 li. 3.

MOrbi articularis causas internas duas memorat Paul. Excrementũ, & paticularũ corporis imbecillitatem: quarum vtramque necesse est inesse in quibusuis articularibus morbis. Altera efficiens est causa, materialis altera, excrementitias dico humiditates. Imbecilles partes & quodcunque articulamentum intelligit, & vicinas partes, quarum altrix facultas imbecillior euaserit: grauata ciborum copia cruditates fiunt, vt ad articulos exitum habeant. Imbecille nuncupatur

Quæ sint in arthritide partes imbecilles.

Cur sint imbecilles

patur quod est vel à natura, vel à morbo intemperatū 3. de caus. sym. cap. 2. & 11. m. cap. 10. intemperatum, quod pares gradus non habet qualitatum, vt eius natura requirit: & si frigidi à natura sint articuli, nō propterea intemperati dicuntur, dummodo sit frigiditas secundū eorum naturā, excessus vndequaque declinet, intemperies est, cuius genera octo sunt, cuique patentia: si autem instrumēti cuiusuis sit imbecillitas, non tantum eius in causa potest esse intēperies, sed etiam ametria meatuū. Humorem, quem paul. excrementitiū dicebat, redundantē nominat Gal. 10. catat. cap. 2. sanguineum vel vt plurimum pituitosum, quem propriæ rudum dicit, aut ex pituitoso & bilioso mixtum, vel etiam sanguine cum ipsis permixto. His addit Auic. melancholiam, & saniem, dum antecedentes horum morborum causas in triplicem seriem redigere videtur, vt inde diligenter animaduerti, vel erunt succi quatuor, sanguis singularis, bilis, pituita, & melancholia, seu etiam inter se permixti: vel sanguis tenuis, quem biliosum dicit crassus melancholicum, medius, & crudus: vel tertiò nihil erit aliud præter secundæ & tertiæ coctionis reliquias, cum redigi in alimentum nequeant ab innato calore: Hę

3. de loc. aff. cap. 4. & alibi.

Antecedentes causæ in his.

Cap. 5. tr. 2. fe. 22. cā. 3.

re: Hæ quæ ſuper ſunt cruditates vnius tantum non ſunt humoris, puta ſanguinis phlegmatis, ſed bilis etiam & melancholiæ: Poſſunt harum cruditatum plures, vel ſingulatim, procreare morbum, ratione imbecillitatis partium, nec non anni temporum, ſic hyeme à phlegmatico ſucco, verè à ſanguineo, ęſtate à cholerico, autumno à melancholico in ijſdē met partibus fieri poteſt arthritis. Differunt hi tres arthritidis cauſarum ex Auic. modi, quoniam vltimus cruditatem recipit, qualis in ſenibus, & conualeſcentibus, propter alteratricis debilitatem plurima generatur, & in aliis propter alimenti copiam: reliqui verò duo non, alter humores oſtendit à natura ſuaomni ex parte non alienos, alter ſanguinem in alterius naturam ſucci redactum. Sic & eorum quantitas per primum modum indicata, & qualitas per ſecundum ac tertium erunt antecedentes huius morbi cauſæ. In ſua eadem opinione ſolus

Cauſa continens.

perſiſtat Fernelius, omnino aſſeuerans pituitoſum, vel ſeroſum tantum ſuccum arthritidis continentē cauſam, causā hác, nō humorē eſſe iudico, nec alterius vnquàm morbi, alibi hæc demonſtrabitur. Cæterū aiunt omnes humorem pituitoſum & crudum maiori ex parte hanc ægritudinem

excitare

excitare: omnes dicentur excrementij, & à natura alieni quādo dolorem excitant & inflammationem. Nec à me negabitur vnquam discedente carne à syndesmis, plurima quam par sit humiditate obductis, fieri dictos morbos.

CAPVT. XV.

Quomodo causæ iam dictæ antecedentes fiant horum morborum materia.

EXcremētitius humor, seu à natura secedens, & alienus fit, aut ex qualitate sui, aut quantitate lib. 2. de diff. feb. cap. 11. Gal. à diuersis qualitatibus diuersas substantias acquirit. Dum alitur membrū, ad se trahit proprium & peculiare alimentum, retentum concoquitur, à concoctione redundans excrementi nomine nūcupatur, cap. 7. lib. 5. de loc. aff. etiam si nō excernatur, quod in sedibus affectis continetur etiam excrementum dixit Gal. ca. 3. lib. 3. de loc aff. dum excrementa omnia in triplicem speciem deducebat. Inde colligere licet speciem humoris, qui materia sit magis propria arthritidis & podagræ: per principia etenim ferè semper in secunda arthritidis specie, quando non aceruatim cu-

Causæ antecedentes vnde propinquius fiant.

Materia articularis morbi magis propria.

tim cumuletur humor, eſt humori ſimile excrementum proprio articulationibus, & peculiari. Verum poſt hæc infirma pars quoſcunque recipit influentes, magiſque ſi inflammatione laboret, hoc à natura articulis ineſſe dictum eſt, vt imbecilliores reliquis partibus exiſtant. Quando itaque multa in his locis aceruâtur excrementa, grauant, & extendunt, cap.11.lib.2.de diſ. feb.ſi autem acria fuerint, calefaciũt, mordent, & exedunt, & materia fiunt dolorificæ inflammationis. Inter dictas omnes cauſas, quæ tuam magis moueant arthritidem, ex his poſitis cognoſcere tibi ſat erit, antecedentes eſſe iudico, quemadmodum dicetur tenuem ſanguinẽ, vel bilem, & crudum ſuccum. Quando excedunt, dum exceſſum dico excrementum intelligas: Quando hi inuicem humores permiſcentur, vtrumque alternum ſuperare poteſt, à quibus hæc dignoſci poſſint infra demonſtrabitur.

CAPVT XVI.

Cauſæ procatarticæ ſiuæ externæ horum morborum.

EXceſſus horum, quos diximus congeruntur, vel ex alimenti copia, vel ex cru-

ex cruditatibus, vel ex qualitatibus alimentorum humectantibus, otio, vehemēti labore, ambulationibus cōcitatioribus, equitatu crebro, vel vſu veneris intempeſtiuo, præſertim poſt cibum, ſeu etiam immoderato com. 30. lib. 6. aph. & cruditates adauget, & neruos totumq; debilitat corpus, inſueta frigidæ potione, carnium frequenti, vel etiam ciborum frigidorum, vel noxiorum eſu, vini multi vſu, præſertim vinoſi, & ante cibum epoti, & poſt cibum per temporis interuallum, ducit non concoctum ſuccum ad neruos. In aliquibus etiam originem ſumit ex prolapſu, luxatione, deturbatione, animi affectibus, mærore, curis, vigilijs, interdum deniq; ipſius origo cæca eſt, horum plurima ſunt ex Paulo. Alias etiam Cap. 78. l. 3. procatarticas cauſas hic morbus habet, ex Aetio familiarium excretionem, ſuppreſsionem, & exercitationem conſuetarum intermiſsionem, vt ſuperius quoque diximus. Sed vt ſummatim amplectar omnia, vſus omnis, qui non conueniat rerum nō naturalium erit in cauſa morbi huius, quis ſit vſus non conueniens deſumetur à rebus naturalibus, & eaſdem res naturales concomitantibus. Res non naturales dicuntur à Medicis vt tibi

Cap. 7. ſer. 12.
Cap. 10.

Res nō naturales.

I.V.P.hæc non lateant, cibus & potus, somnus & vigilia, motus & quies, inanitio & repletio, animi accidentia seu paſsiones, dices, & aêr: an qualitates primæ, caliditas ſcilicet, frigiditas, ſiccitas, & humiditas, quæ ad aërē referuntur, hos morbos excitent, poſteriùs dicetur. Res naturales, quibus conuenire debent ſupradictæ ſex res non naturales, dicuntur tēperamentū, humores, membra, virtutes, operationes, & ſpiritus, quæ quales ſint nobiſcū, tales expoſcunt res non naturales. Conſequuntur res naturales, ætas, cōſuetudo, & habitus corporis, alia requirit ſenex, gracilis, & ſibi viuens, alia, qui alium ſtatum naturalē exercet. Vt plurimū etiā hæ affectiones Arthritis & Podagra incipiūt ſecundū genus, quod in morbo ſacro lucidiſsimè explicat Hip. cur inquā parentum morbi tranſeant in filios, & poſteros nepotes. Cauſæ igitur hæ omnes externæ, & articulorū imbecillitatem partiūq; aliarum pariunt, & humorum excrementitiorū multitudinem, vel eorum prauam qualitátem adaugent.

Res naturales.

CAPVT XVII.

An à primis qualitatibus, præſertim à ſiccitate poſsit fieri Arthritis & Podagra?

Imbe-

IMbecillitas partis, & humor affluens sunt in causa Arthritidis & Podagræ: Imbecillitatem partis ab intemperie palàm est fieri, sicuti à temperie robur, à frigiditate, caliditate, & humiditate, vel separatim, vel simul iunctis: an proritet Arthritim siccitas, vertitur in dubium à Gal.con.16.lib.3.aph. tenet Arthritidem à fluxione fieri, quomodo igitur ab immodicis siccitatibus? Interpretatur ibi Hippoc. dicta Gal. articulares morbos, id est debilitates articulorum, quas plurimum vult distare ab Arthritide affectione, omnesq; articulorum dolores nõ esse Arthritim, cum secundũ eundem requirant etiã fluxionem: siccitas quando hunc fluxum prohibet, Arthritim etiam procreare posse affirmat Nic.flor.quæ è directo contradicunt Galeno. In lib. de int. aff. Hip. & de Die. Iudic. coxendicum morbum à sole etiam fieri asserit, resiccante humorẽ, qui est in articulis: verùm modus hic diuersus est ab eo, quẽ Gal. posuit cit. loco, qui humorum quandã consequuntur acrimoniam, si immoderatus quoq; calor accesserit, tum demũ fient solũ articulares morbi ab immodicis siccitatibus: Hip. causam externã affert, Gal. antecedentẽ: hic humorẽ pręter naturã, ille autem non: coxendix

An à siccitate fieri posit Arthritis.

Cap.2.tr.2. sermo.7.

& ſi non ſit Arthritis, tamen fit in articulationibus, & communicant in omnibus Arthritis, Iſchias, & Podagra, præterquam in affecto loco, vt colligitur 10. catat. Verùm dici poſſet ſiccitatem non ſolum referendam fore ad allabētes humores, ſed ad partem affectam, vt dictum eſt, non exiccatæ ab externa cauſa articulationes, debiliores fiunt, ſuſcipiunt magis, exiccantq; mucū & humiditates inter acetabulum & artū, quæ & ſi aptæ nō ſint, vt comburantur, vt in lib. de car. Hip. tamen facillimè craſsiores fiunt, vt contineantur inter exuſta & exiccata, tunc facilè cum egredi nequeant, allabentibus inſuper locum non cedunt, ſic partes vicinæ omnes magis magiſq; ſuſcipiunt, vt inflammationem generent.

Cap 2. Reſpōſio.

CAPVT XVIII.

Dolorum cauſæ in Arthritide & Podagra, & cur vehementes dolores ſequantur hos morbos.

AFfectionum harum dolores non vnius ſunt modi, verùm omnium ferè ſpecierum, quas 6. aph. con. 5. ſectatus eſt Gal. capax eſt Arthritis. Quando ſubiecta cuti membrana afficitur, tor-

Qui loci quales dolores afferant.

pidus

pidus sit dolor, & tensiuus: diuellens quando ea afficitur, quæ est in media carne: ostocopus, quem profundum dicunt, quando ea, quæ ossibus adiacet: tensiuus sequitur etiam tumorem omnium partium, quæ intenduntur, nec non inflammationes & venarum, & arteriarum, à quarum tùm inflammatione, tùm compressione excitatur etiam pulsatorius dolor. Exquirit causas modosq; dolorum Galen. contra Archigenem lib. 2. de loc. aff. cap. præsertim 4. eos fieri probans, & à solutione continui, per eorum modum generationis, ac exemplis inflammationum, Erisipelatisq;, & ab intemperie, exemplis, iter facientium per niuem, & colici doloris. Hæc exquirit, vt doloris proprietates inueniantur, partem affectam indicantes, quod fuerat prius ab ipso propositum in cap. 5. lib. pr. omnes hæ dolorum species ab affecta parte depromptæ possunt vnà simul concurrere, cum omnes has partes in Arthritide affici facilius sit, quàm mane oriri solem. Reliquas dolorum differentias persequamur, ob eius, quod in artribus inest, multitudinem, & paucitatem: secundò crassitiem, ac tenuitatem: Tertio citatiorem tardioremque motum: Quarto qualitates. Inhæ-

Causæ dolorum.

Differētiæ dolorum.

rebit artubus vel solùm humor, vt cum flatuoso spiritu & sicuti multus grauem, ita potentia acris exedentem, ferientem, stimulantem, vel pungentem dolorem affert: obtusionē si non admodum moueantur locali motu, si nō admodum sit crassus, atq; si non sit multus, & calidus. His omnibus addendum accutissimi plurimiq; sensus articulationes esse, causa sit, quoniam in manibus & pedibus sunt nerui plurimi, tenuissimi, ac densissimi, à quibus nemini dubium sensum esse, & vt in lib. de affec. Hipp. longiorem & molestiorem esse morbum.

Vehementia dolorū vnde sit.

CAPVT XIX.

Signa ostendentia præsentes morbos & causas.

Signa partis affectę, & affectus.

SIgna quibus cognoscitur pars affecta, & affectus species in Arthritide & Podagra, non omnino per se patent. Detinentur pedes alijque arriculi cum doloribus, veluti oblaqueati, pediceq; inuoluti, eorumque internodia affecta tensionibus, tumoribus, grauedine, inflammatione, punctionibus, mordicatione, ac

sen-

ſenſu moleſtiſsimo : quando etiam his vacant ſemper imbecillitate laborant, pariter de alijs articulationibus dicendum eſt : dum hæc quouis tempore perſeuerant, partem, in qua fiunt, affectam dicimus. Affectus ſpecies demonſtrabitur ab ijs, quæ præteriêre & adſunt. A præteritis Arthritidem quæ Podagrico modo nō ſedatur, notat euacuationis ſolitæ ſuppreſsio, vel præcedens morbus, qualis in cap. 10. dictus eſt. Præterea huius morbi cauſam ſigna oſtendentia, & ſpeciem demonſtrant affectus, & è contra. Dicebantur à Gal. notæ affectuum excrementorum ſpecies, doloris proprietas, accidentia propria, & loci natura, hæc Arthritidis Podagræque genus determinant. Speciem autem horum & cauſam doloris proprietas, excrementa & accidentia propria. Ne repetantur hæc pluries ex cauſarum ſignis & arthritis differentiæ diſtinguantur. Omnium ſupradictarum ſpecierum ſigna propria & pathogmonomica ſunt articulorum dolor cum inflammatione, ex interuallo corripiens : quibuſcumq; hæc inſunt, de ſpeciebus erunt Arthritidis. Cauſa quæ labens ad artus morbum facit, ex his indagabitur ſignis, quæ quouis ſucco ſunt propria in

Signa ſpeciei 3.4.& 5.& 2.

1. de loc. aff. cap. 5.

In cap. 10. Signa pathogmonomica.

ſui declinatione à naturali ſtatu ſeu Pathogmonomica ſint, ſeu mox apparentia. Quàmuis redundãs excrementum (id etiam nunc denotatur ſucci & humoris nomine) Phlegma ſit vt plurimum ſeu crudus humor, tamen vt omnes inuicem ſeiungantur, quos poſsibiles dixi cauſas huius morbi, adoriar ſingulorum propria ſigna, quandoq; cum externis quas diximus cauſis hunc in modum incidentia. Secundæ & tertiæ coctionis reliquias hunc morbum excitare demonſtrant ocium cum cibo plurimo, vel coctionem renuente, potuq; nimio, vel etiam potentiæ alteratricis imbecillitas. In id quoq; incumbendum erit, vt ex de articulationũ affectarum coloribus, qui etiam inter propria accidẽtia numerãtur eodẽ modo, quo Gal. 4. de ſan. tu. & ex Sympthomatibus coincidentibus in humore quolibet, vt 10. catat. ſigna deſumantur, à quibus dictorum morborum cauſæ poſsint intelligi. Ab affectibus eorundem ſuccorũ, quibus ſcatet corpus, inficitur etiam corporis ſuperficies, vt puta ſi pallidior flauiorq; fiat dearticulatio dolore laborans, cum inflãmatione non mediocri, pruritæ, ac ſenſu acerrimæ caliditatis, bilem flauam cauſam eſſe coniectabimus, èoque magis ſi in fine

A coloribus ſuccorum & eorum proprijs ſignis

Bilis flauę.

in fine veris, vel æstate ægrotet ætate vigens vel temperamento cholericus, præcedẽtibus laboribus & dieta ad hunc morbum aptis procreandum, præsertim si vrinæ subruffæ vel ruffæ fuerint, cum veloci ac frequẽti pulsu. Sic vice versa albidiores solitò partes, infestatæ non caliditatis sensu, sed tensione & grauedine tantùm, pręcedentibus ocio, dieta frigida & humida in hyeme, cibis plurimis, & à cibo deambulationibus, pituitam indicant, & succos non concoctos, vrinæ albæ & tenues, vel crassæ & turbidæ, vel etiã rubicundæ cum paruo pulsu, languido, raro & tardo. Veluti etiam sanguine, si adeptus fuerit caliditatem alienam, puta à bile, caliditas erit mitis, absq; tali acredine, qualem bilis acquisiuit, partis rubor, & pulsus in verno tempore. De melancholia, vt de supradictis dicatur, erit color liuidus vel ater etiam totius corporis, habitus gracilis, hirsutus, lien fortasse grauitate, vel alio dolore infestat, ac duritie, vrinæ variæ verùm crudæ, pulsus exiles & tardi, in sene, anni tempore autumnali, præcedentibus, quæ fecem veluti in sanguine apta sunt ad generationem. Hæc sunt quę symptomata in humoribus coincidũt. Quibus si tertia signorum ad causas capessendas addatur differẽtia,

Phlegmatis.

Sanguinis.

Melancholia.

A doloris proprietate.

à doloris proprietate desumpta, hæsitatione nulla intercedente, humoré deprehendemus discendentem præ multitudine: grauantem ob cruditatem: erodentem ob acredinem illud vnũ, in quod partes iuxta articulationem, vt eam formarent, incidere, ac satis diximus de causis dolorum. Supradictis certius est iudicium ex iuuantitus desumptũm & nocentibus: calefacientibus appositis, si morbus incendetur, à bile ortũ trahit, vel à sanguine: si relaxetur à calidis, nemo non affirmabit à crudo humore gigni, vel pituita: eadẽ fit de aliis contrariis doctrina. Ab his itaque signis, quibus toto animo oportet incumbere iudicabitur nobis pars affecta, inhærentis morbi species, causa & deniq; & arthritidis podagrę: eademmet signa si confusa simul mixtaq; se ostendant, magis exuperantia, maiorem humores portionem in illa mixtura notabunt.

A iuuantibus & nocentibus.

CAPVT XX.

Signa per quæ iudicatur, in quibus timendum fore arthritidem & podagram.

Quibus fiat podagra & arthritis.

TImebimus fore gignendas has affectiones in debilibus iuncturis, si dictarum causarum & procatarticarũ & in-

& internarum affuerint plures, vel etiam aliqua: veluti cui laborant artus imbecillitate naturali, si is pluribus potiatur ingestis, carnibus præsertim, cum veneris vsu immodico, vel otio, vel motu nimio post cibum: seu pluribus succis abūdet, vel carnes habeat, muccis, aqua, vel etiā sanguine refertas: seu deniq; habeat viscera magna, prædicetur arthritis & podagra. Imbecillitatis artuum signa sunt, quæ vel intemperiem demonstrant, frigiditatem scilicet solam, vel iunctam cum humiditate, vel siccitate, vel demonstrant meatuum ametriam. Tantò certior erit prædictio, quantò afflictiones hæ erunt ei magis secundū genus, vel senex, si supradictis potiatur, vel ob vsus, vel latiores venas habēs, vt ex Ruffo, ꝗnā hi obnoxij sunt magis huic morbo, quàm graciles & angustas venas habētes. Signis indicantibus absolutis, ad prognostica iam accedamus. Signa articulationum imbecillitatis.

CAPVT XXI.

Prognostica signa circa hos morbos.

QVisquis humor arthritidis & podagræ causa per inflammationē exitum sibi parat, à quo exitu sedata, cessat morbus. Sedationis terminus vt longissi- Longitudo.

gissimus describitur ab Hipp. 6. aph. 49. dierum quadraginta, si medico pareat in omnibus æger, & error non committatur curando. Inflammationis ea natura est, vt continuò sensim incalescat locus, & influxum ibidem contentum, pars inflammationis particeps si sit à natura calida, citius inflammatur, adhuc citius si contentum sit naturaliter calidum: frigida quidem tardius: adhuc multum post tempus si calefiendum viscidum fuerit, vel crassum. Calefactum denique vel in transpirationem insensibilem resoluitur, vel absolutè concoctum secedit in propinquiores partes, seu aliis permixtũ humoribus, seu per cutim puris formam adeptum. Non igitur mirũ si suscipit arthritis 40. dies, cùm partes duræ, dẽsæ, frigidæq; sint, & humor vt plurimùm nõ facilè calescẽs. Quibus breuior fit morbus, vel accidit ratione temperamenti, vel materiei paucitatis, vel tenuitatis. Cæterùm facilè regreditur certis statutis tẽporibus, maiori ex parte vere, quia liquescens humor in internis partibus purgatur ad corporis extrema: & autũno propter locorum refrigerationem, malignos tunc temporis, vt per æstatem congestos humores excipientium. Quando eiusdem morbi materia eradicatur vt vtar Auic. verbis

Modus sedationis.

Quãdo reuertatur & cur.

Cap. 5. to. 2. fen. 22. can. 3.

bis, non facilè reuertitur, & si semper reditui ex vnaquaq; occasione sit aptissimus. Si podagrico modo non sedentur articulorũ dolores ac tumores, modo inquam, quem iam iam posuimus, quia à tumido viscere continuum succus fluxum habet, per quem prius allapsus concoqui ac di[illegible]e ri nequit, & vrina subsidentiam albam habeat, magna in his viscera cõperies: quod expressè contra Fernelium notauimus supra. Speciei huius affectus si tempora eleuarit, sępius dolebit, sudoresq; sibi nocturni oboriẽtur, hic difficilis est modus. Quod si nec vrinæ fiant cum alba subsidẽtia, nec sudores, vel melicerida expectent apostemata, vel claudicabunt. Et si hos arthritis seu podagra comitentur ad mortem, non propterea læthalis est affectio, primo de morb. Hip. fluidę affectiones circa articulos læthales non existunt. Præterea si fiat inflammatio in partibus artus ambientibus, non propterea nerui ac tendones inflammatione laborant, vt in podagra Gal. 6. aph. 49. aliàs fieret conuulsio, essetque morbus celeris cum periculo motionis, non ob id nerui tunc dolorem nõ sentiut, neque non tendũtur & tẽdones. In lib. de die iud. aiebat Hip. in coxendicum morbo aliquando etiam conuulsionem accedere rigorem,

Alterius speciei longitudo.

Non lętha lis.

rigorem, & febres, ambo ſub fluxionibus ad articulos cõtinere vidẽtur, tamẽ iſchias neque hic morbus, illa non ſubmouet.

CAPVT XXII.

In quibus arthritis & podagra facilè curetur, & in quibus non.

Curentur qui?

DOlores artuum omnes facilè curantur in his, qui iuuenes, labores amãtes, aluum probã habentes, id eſt egerentes pro ingeſtorum ratione, conuenientẽ ſibi præſcribunt victus rationem, qualem infra ponemus: quatuor ſunt hæ cõditiones, quas qui oẽs habet, citiſsimè, qui plures, citiùs ſanabitur, quã is, cui pauciores inerunt. Pariter ſani fieri nequeunt, quibus circa articulos tophacei calli concreuêre: ſecundò erumnosè viuentes, quales ſunt circa res non naturales intemperatiſsimi: Tertiò ſiccã aluum habẽtes: Quartò & vltimò ſenes, iuuenes quoq;, quibus caro diſceſsit à neruis, quoniam ſibi ipſis nimiam humiditatem aſciuêre.

qui non curentur.

CAPVT XXIII.

Qui morbi articulorum ſint deteriores.

Deterior morbus qui ſit reſpectu cacoethię.

DEteriores morbos dico, cùm reſpectu vehementiæ ſympthomatum, tum cacoethææ, cacoethiã nũc dico

vt ſi

vt si materia profluẽs ad articulos labatur, deinde ad alias nobiliores partes, mali moris erit defluxus, omniũ decernimus, quoniã læthalis: tùm deniq; respectu afflictionum longitudinis. Symptomata erunt vehementiora, vel propter affectã partem, vel ob morbi causam, vel etiã ob morbi speciem, vt callus seu tophos quem dicamus morbum in numero, quoniã primo impedit actionẽ: talia ponebat morbos, in numero Gal. cap. 8. lib. de dif. mor. vehementiora afferet sympthomata circa deãbulationes, dolores, & oẽs alias læsas actiones, circa retenta, quę sensui patent, sicuti qualitates mutatę: erunt deteriores non tantũ penes morbi speciẽ, sed etiam penes morbi longitudinẽ, penes quẽ modũ erunt deteriores articulares morbi fientes in habentibus viscera magna, à quib. defluat humor in artus: vel etiã si melancholia sit morbi causa, quæ & si maiores dolores afferat, quàm bilis, tamẽ respectũ longitudinis erit deterior morbus: à bile aũt factus deterior erit quàm factus à melancholia, respectu actionis læsę dolorũ inquã ægrũ vexantiũ: à pituita lõgior, attamen mitior quã à bile, verũ breuior, quã à melãcholia, hic aũt respectu actionis læsę deterior, quàm à pituita. Per affectam partem adeò inter se differunt

2. respectu Symptomatũ quæ sint deteriores morbi.

3 respectu morborũ causæ.

4. respectu partis affectæ.

runt hæ affectiones, vt alij alia dixerint: cõueniũt, arthritim peiorẽ esse in his, quibus est morbus secundum genus, rationẽ colligere sat erit, in lib. Hip. de mor. sac. dicentis: semen genitale ab omnibus corporis partibus procedit à semissarum, à morbidis morborum: partes igitur quæ in ortu talem imbecillitatem cõtrahunt peiorem morbũ admittunt: conueniunt etiã peiorem esse in latere sinistro, quàm in dextro, ratione debilitatis partium, & si cauiores venas & plures reperias in dextro latere, quàm in sinistro. An peior fuerit in partibus inferioribus, quàm in superioribus, nõ liquet apud omnes: apud Rhasim lib. 26. cont. cap. pr. acutior est dolor sciaticæ doloribus aliis articulorum. Hipp. in lib. de affect. quem secutus est etiam Halyabbus lib. 8. pract. Podagra violentior est omnibus eiusmodi circa articulos morbs, & diuturnissimus, ac ægrè cedens. Si plures afficiat partes ischias, cũ per eum quãdoque laborent etiam pedum digiti, tamen vehementiores dolores inuehet podagra quàm ischias, ratione plurium neruorum & venarum, vt supra dictum est.

5. Respectu speciei morbi.

CAPVT XXIIII.

Modus iudicationis horum morborum.

A-ticu-

ARticularis morbus & podagra si quã doquis ex eis cõualescit, perfecte desinũt: sed vtplurimũ remittũtur symptomata, nõ in totum ablatis morbis, & quandoq; in alios morbos transeunt. Remittũt vel desinũt quando eorũ causa per poros, nobis id nõ sentientibus, evaporat, vel enim inde resoluitur omnis: vel pars tenuior crassiore relicta, vt concrescat in durã molem: hi duo sint priores modi resolutionis horũ morborũ. Tertius rarò euenit, vt suppurata foras cedat, quod per vlcera quãdoq; vidimus. Quartus dũ tẽdit aliò, ab articulis in partes alias, nõ eo sensu prȩditas, quo magis ei patet aditus. Quintus vltimusq; modus, per quẽ hi morbi cedere apti sunt, multiplex videtur, & per secessum, & per vrinã, & per vomitum, seu sponte à natura fiant, seu ab arte. Fientibus his, vt materia detrudatur, exitũ sibi parãs, per aliquam seu plures horum quinq; modorum à locis circa articulationẽ cessant Arthritis, & Podagra.

Tripliciter desinunt.

Quinque modis iudicatur.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

quintus.

CAPVT XXV.

Qualis sit ex dictis Morbus nunc curãdus.

ARticulorum doloribus te affici dum cõquerebaris mecũ, viribus omnibus, quib. in præsentia possum, be-

neuolentia, qua te ſemper colui, ſingulari, ea ſum tibi pollicitus adſcribere medicamina, quę ex probatiſsimis auctoribus tãtùm, quib. me ſemper addixi, eundẽ morbum præſentẽ tollere, & imminẽtem profligare conſueuêre. Ætas, quã deges annorũ circiter 28, temperies cholerica, corporis habitus inter gracilem & pinguẽ medius, anni tempus propè æſtatem, hęc regio calida, labor vigilię, curę, triſtitia, quibus tenebaris Romæ tunc tẽporis cõtra deprædatores fratris tui, bilis flaua, quã & rubeã, & cholerã dicunt, morbi cauſam arguunt. Rhaſis motus multiplicat cholerã rubeã, & eam trahit ad articulos. Hæc Rhaſis dicta quàm clariſsimè cui morbi cauſam præcedentem, & procatarticã oſtendunt. Verùm non ſolùm bilem eſſe, ſed cum pituita permixta, crudoúe humore inde demonſtretur, quòd permixta ſunt ſigna, quę bilis exceſſu, & abundantiã pituitę indicare ex ſupra relatis conſueuêre. Propterea in ſequentibus contra hos morbos & à bile & à pituita proritatos ſectabimur medicamina: vt vtrorũq; exceſsibus ſecundum anni tempora ualeat harum affectionum impetus obtũdere. Si autem æquetur magis matęria, ex inuicem collatis curationibus ad arthritidẽ & podagrã, & à bile & à pituita

Res naturales.

Res nõ naturales.

Cauſa morbi.

cap. 2. lib. 26. cont.

pituita conuenientiora posſis elicere. Statuta hac morbi cauſa ſenſim artus occupante, ac conſtituente nõ primã tertiamus ſpeciem, ſecta enim eſt ſupra in plures ſpecies, ſecunda erat cũ materia, prima à qualitatibus tantùm: Rurſus quæ eſt cum materia in eam ſpeciem deduximus, quæ ſedatur, quemadmodũ podagra, cuius generis eſt affectio nunc curanda, & in ea quæ podagrico modo non ſedatur, ab aliqua affecta parte ducens originem. Dicamus morbum tolli ad ſummum die 40. ſed etiam quandoq; prius, vt dictum eſt, niſi curando intercedat error, id erit ex Hipp. podagrico modo ſedari. 2. prædic. propè finem vtitur his verbis, quæ per aph. 49. lib. 6. declarantur: quicunque morbi podagrici fiunt, hi ſedata in 40. diebus inflammatione finiunt, in 40. igitur diebus per ſua tẽpora omnia podagrici morbi decurrũt.

Morbi ſpecies & pars effecta.

Prognoſticum.

CAPVT. XXVI.

Intentiones curatiuæ morbi huius.

DIctum eſt in principio duo nobis circa arthritidẽ & podagrã agẽda fore, & corpus tuendũ, ne reuertatur affectio, & curãdũ, dũ afficitur morbo. Curãda duo nobis occurrũt, inflãmatio in artus dolorẽ inferẽs, & materia inflãmationẽ

In cap. 1.

quid curãdum.

nutriens. Primùm quoq; pręstabitur, si secundũ absoluatur. Verùm inflãmatio aut adhuc fit, aut facta est: similiter vt eius materia adhuc etiã aut inflãmatur, aut iam est inflãmata: si vtrũq; simul insit, eis & præcautione & curatione medebimur. Si tantùm insit, quod factũ est, curabitur soluta ea dispositione, vt Gal. cap. 88. lib. art. med. à qua primùm ea, quę secundũ naturã læditur operatio: id equidẽ dicerẽ causam morbi cõtinentẽ, quæ tantas difficultates pręstitit, & præstat adhuc omnibus ferè medicis: soluitur tùm euacuatione 13. met. cap. 6. Gal. communis phlegmonũ omniũ indicatio curatiua est euacuatio, tũ eius æquatione qualitatũ, & deniq; per vtraq;, multitudinis inquã euacuationẽ, & qualitatum permixtiones: quamuis phlegmon sit non propriè arthritis, tamen ab hac indicatione non recedit, dicente Gal. cap. 3. lib. 10. de cõp. med. per loc. curatio fluxionũ irruẽtiũ in locos iuncturarũ fit nimirũ, vt irruentes fluxiones euacuentur. Aequabuntur qualitates & alteratione, dum frigida calescũt, frigescũt calida, madent sicca, siccãtur madida: & aliorũ benignorum humorum admixtione, vt amarorum cum dulcibus, acrium & salsorũ cum insipidis, acerborũ cũ pinguibus, & sic de reliquis, prout exigit

Causa morbi quid iudicet.

qualitatũ excedentiũ æquatio.

git

git materiei excessus, propter diuersa anni tẽpora: indicationes easdẽ suscipit materia antecedens, ne quàm facillimè, vt solet, in continentẽ transeat. Ipsa etiam euacuatio vtrarũq; causarum excedentes qualitates extinguit, quoniã subiectorũ ꝓhibet multitudinẽ: præstabitur cõtinẽtis causæ ablatio, si in articulos influxũ extrahatur, & cohibeatur influendũ, quod causa est antecedẽs, cohibetur influendũ ipso detracto, & recipiẽte particula roborata, detrahitur, si extenuetur cũ his, quę decẽt in præseruatione dicenda, vel si euacuetur, vel deniq; si ab articulis auertatur vt in alias partes defluet. Pars eò magis roborabitur, quò ꝓximiùs ad naturalẽ statũ reducetur, hoc fiet per propinquiorẽ temperiẽ, influxũ ex bile & pituita, contentũ in affecta articulatione, extrahitur, si ad sui euacuationẽ impellatur: ad quã vel à se ipso proritabitur, vel ab externa causa, his duob. modis excrementa omnia vt Gal. cap. 5. lib. 2. de sym. ca. ad euacuationẽ excitantur, à se ipsis dũ calefiunt, attenuãtur, vel rediguntur inflatus: externa causa erit sol, exercitium, balneum quibus addo in præsenti casu medelam aliquam, vt inunctiones, cataplasmata, & his similia cùm euacuentur humores in articulis non nisi longo tẽporis

Euacuatio.

Partis robur.

Causa expulsionis.

tractu, præsertim à se ipsis, etiam externis opitulationibus opus habent.

CAPVT XXVII.

Intentiones præseruatiuæ huius morbi.

QVæ cum præseruatione miscetur curatio, vna & simul absoluentur curãdo quod olim in morbi naturã pertrãsiuit, & iam iam pertransiturũ cohibendo. In ea aũt præseruatione, quæ morbo nõ miscetur, nõ datur materia, vt morbũ foueat, nec adeò apta & calida, vt accendat eũ. Quo magis calet doletq; pars, magis dicta materia cõfluit præseruatione curanda, quia nõ debile fuit principiũ fluxionis. Cum igitur nihil, quod tũc naturã opprimat, obtundatur, neq; expulsioni paretur, nec huius cũ curatione scopus affuerit idẽ. In illa morbi cõtinentẽ causam & morbũ iugiter quis oppugnat: in præseruatione cũ neutrũ horũ insit, neutrum tractabitur. Verùm eius intentio & finis erit, quæ corpus in dispositione tueátur à morbo remotissima, & propinquissima tẽperamẽto probo, probũ dico quod arthritidis causas omni ex parte salubres adaugeat. Talẽ tutelam corpus obtinebit, si ex æquo seruabuntur humores, cap. 99. art. med. loquens Gal. de præseruat. curatione & arte salubri, hoc vniuersum genus, aiebat, circa

Differentia pręcautionis & curationis.

Quid agatur præseruando.

humores præcipuè negotiatur, addatur e-
tiã si succurratur articulorũ imbecillitati.
Præseruãdi nobis erũt humores, ne scatẽ-
tes excremẽtis, vel aliter deflectãt ad mor
bũ, quo patefiat, si prius quot in casu præ-
senti deflectãt modis ostẽdamus. Tres tã-
tum sunt, substãtia, multitudo, & qualitas,
Qualitate multis & penè infinitis modis
peccare possunt, in primarũ qualitatũ gra-
dib. frigiditatis, caliditatis, humiditatis, &
siccitatis, seu fuerint inter se mixtæ, seu
quælibet per se peccet: in reliquis aũt qua-
litatibus, acredine, salsedine, amaritudine,
acciditate, ponticitate, & similib. Qui hu-
mores per has qualitates oberrãtes magis
moueãt arthritidẽ & podagrã, quib. labo-
res esset hic inquisitionis locus, nisi dũ cau
sas peregimus, fuisset explicitũ, repetamus
eas esse acres, amaras, & salsas, sed ab insipi
dis frigidisq; refractas, nõ negãtes aliquã-
do insipidas etiã & frigidas ab acribus a-
maris salsis & calidis refringi, vt ex dieta,
anniq; tẽpore alterũ reliquũ excedat. Sub-
stantia deflectunt humores, dum glutino-
si euadunt, crassi vel tenues. Multitudine
ob alteratricis functionis robur, &, pro ci-
bo potuq; ingestorũ, copia. Causæ dicto-
rum salubres erunt, si qualitatum, contra-
riæ qualitates, vt frigidorũ succorũ calida,

Circa quid agat.

Tripliciter humores fiunt causa morbi.

Causę salubres humorũ deflectentiũ à sua natura.

amarorum dulcia, acriũ insipida: si substãtiæ, lentoris causæ salubres erunt detergẽtia, crassarum attenuantia: si multitudinis, quod est reliquũ, causa salubris est euacuatio, siue per victum tenuẽ administretur, qui modus periculosior est, siue per loca, euacuandis superfluis humoribus propria, prout in diuersis partibus continẽtur. Hęc & illas humorũ qualitates, & substantias, quibus adminiculis repungere possimus, abũdè explicare tentabimus: dum de euacuatione agemus & cibis. Articulorũ imbecillitas in arte præseruatiua nõ est à morbo, sed secundum naturę modum, quæ & si minore indigeat opere, vt in pristinã restituatur valetudinem, quàm quæ à morbo est imbecillitas, tamẽ ad naturale robur vtrisq; aditus est difficilis, si qui sit, erit per æquationẽ locorum qualitatum, prout locorũ postulat essentia, eos qui facillimè humectantur exiccando, pronos in frigiditatẽ calefaciendo, & sic in reliquis, & eorum inuicem complicatione. Sic igitur omnibus indicationibus dispositis communioribus, in singularibus, quæ vsui commodiora mihi visa fuêre, disponendo, præseruationem priùs aggressus, curationẽ deinde persequar, vt omnia proposita diligentissimè absoluantur.

Partis affectæ causæ salubres.

CA-

CAPVT XXVIII.

Causæ in præseruatione salubres.

OMnes, quibus vtimur, causæ salubres in præseruatione, curatione, & conseruatione, sunt ad custodiam naturalium, siue morbo grauentur, siue benè se habeant, siue neutra extiterint. Salubrium causarum materia res tantummodo sex numero sunt, quæ in superioribus dictæ sunt non naturales, inter causas procatarticas. Aer, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigilia, inanitio & repletio, & animi passiones, quoniam hæc eadem totidem sunt, quę secundum naturam extrinsecus occurrentia, corpus alterant. Ad quæ, vt à morbo te tuearis, animũ tibi summo studio adhibendum fore censeas, tanti à te facienda, quanti tuæ valetudinis & inualetudinis omnes causæ. Talia esse oportet, qualia sunt prohibentia superfluitates, secundæ, & tertiæ coctionis, eius inquam, quæ fit in venis, & in parte qualibet. Multitudo humorum parit superfluitates, nec non eorundem defectus, & qualitates præcipuè ex ingestis in ventrem pro cibo & potu. Ad multitudinis generationem sex supradicta necessariò sic concurrunt: Aere calido fruitur natura ad

Causarum salubrium finis.

Cap. 16. Sex res sũt earum materia.

quales esse debeãt ad superflua.

Vsus causarum salubrium.

tenuem sanguinem & bilem, hinc abundat in æstate: frigido ad pituitã, lentumq; humorem, vt in hyeme: ad sanguinem, vt in vere: ad melancholiam & crassum sanguinem, vt in autumno. Excessum igitur horum humorum per hæc anni tempora vitare oportet, per ea quæ in dictis causis salubribus habent ijsdem tẽporibus contrarias qualitates, dummodo non excedant naturæ modum: sunt inuicem omnia dissimilibus temperanda, sic hyeme calefacientibus & exiccantibus opus erit, qualia sunt assa omnia, meracius vinum, motus plurimi, repletiones: in æstate frigefacientibus & humectantibus, ita vt omnia inuicem aduersentur, non excedentia naturæ modum. Quarum omnium causarum salubrium vires singulares ex dicendis vndequaq; comprehendes.

Ad anni tempora quales esse debeant.

CAPVT XXIX.

Qualis in hoc morbo sit saluberrimus Aer & ambiens, & qui in inspiratur.

AErem circumstantem, imbecillibus articulis, & qui inspiratur, non eiusdem facultatis esse oportet, cũ morborum facultatibus: cum à frigiditate sint articulationes intemperati, aëre eos calefa-

Qualitates aeris ambientis.

calefaciente opus habent, quanto tempore inest frigiditas : & exiccante, quando humiditate superflua non priuantur: magis & minus ratione anni temporum, & præsentis cœli status. Exiccantur, & calefiunt, à quibus teguntur operimentis, ex lineis, bomie, laneis, nec non per hyemem ex leporinis pellibus, in his inest à proprietate virtus roborandi corpus, agninis, vel vulpinis ex dictis Raby Moyses : vsuque suffumigiorum tùm in lectulo, presertim vesperi quolibet, dum calefit hora somni, seu aliter, bis, vel ter, in hebdomada, debilem tantùm partem roborantium : tùm in pannis ijs, quibus per diem te imbuis cuti proximioribus. In frigidiore cœli constitutione calidiora suffumigia præparando ex storace, olibano, laudano, succino, gariophilis, ligno aloes, & his similibus vel singulatim supra prunas, iniectis, vel compositis, quorum tales sint formulæ.

Part.22.suorũ aphor.

Suffumigia per hyemem.

R. olibani ʒ ij. Laudani ʒ j. Arabum sandoraces ʒ ß. Ligni aloes ℈ j. Læuigata cum aqua sublimationis spicæ romanæ redigatur in formulas orbiculares depressas. Vsus sit ʒ ij. pro vice. vel 2.

Cõpositorũ mod^9 1.

R. Storacis calã. ʒ ij. Olibani ℥ ß. Mixta, crasso- 2.

crassoq; modo tusa, in ijciantur in prunas, dosis ℥ij.vl.3.

3. ℞. Macis, Baccharum lauri, Gariophyllorum sing. ℥j. Foliorum rorismarini, Sticados sin. ℥ß. Succini quod græci electrũ, Arabes Karabem dicunt, Colophoniæ, Masticis sing. ℥ij. Fiat pluuis. Dosis sit cochlear medium pro vice. vel 4.

4. ℞. Storacis calam. ℥ij. Galliæ moscatæ ℥ß. Laseris odoriferi, vulgus dicis Belgioinum ℈ß. Fiant ex gumma Arabica & storace calamita dissolutis in aqua ros. orbiculi secundũ artẽ constructi, quos die ac nocte tecum habere poteris apud affectos

Per æstatẽ. locos, si potiris odoramentis. Æstate his, & similibus calefacientibus, non indigent articulationes, vt calefiant, propterea dimittantur tunc temporis: si aliquibus indigeant remissiorum qualitatum ea esse oportet, quales præstabunt, si dicta dicendis annectantur. In calidiore cœli constitutione artubus & supradictis pannis frigidiores hos suffitus adaptabis ex santalis, nenufare, rosis, viliosis, sublimatis aquis ex quibusuis infrigidantibus vt plantaginis lactucæ: vel plurium etiam ingredientium, puta.

1. ℞. ros. rob. ℥ij. Foliorum cupressi. ℥ß. Cort. papaueris albi ℥j. Sant. citein. ℥jß.

Crasso

Craſſo modo trita inijciantur in prunas, Doſis ſit pro tribus vicibus.vel.2.

2.

R. Florum violarum, Nenufaris. Cort. mandragoræ ſin. ℈ij. Sant. alborum & rub.ſin.ʒj. Camphoræ ℈ß. Ex aqua roſata, & ex ſupradic. iniectis omnibus in vaſculum, ſuper calidos cineres poſitum, euaporet, vel in artus, vel dictos pannos. Pariter inſpirandum aërem in vtramque partem differemus, quem ſemper puriſsimũ eſſe decet, vt ab eo & humores ſpiritus, ac ſolidæ partes roborentur, quò aptiores reddantur coquẽdo cibo, & externæ partes cum articulationibus reſiſtant magis futuro morbo: puriſsimum aërem intelligo, & diſtantem ab aquarum decurſibus, puteis, lacunis, cænoſis locis, & ab antiquis ædificijs, & eum, qui nebulis vacet, aquis turbidioribus, & ventis. Si æſtate cubile fuerit amplum, ſpatioſum, non terraneum, vel ſubterraneum, non vetuſtorũ parietum, nec marmoreum, nec denique ſit teſtudineum. Hyeme verò, ſi fuerit non amplum, reliquas omnes conditiones habeat, quas in æſtate paratum, at contineat illud feneſtras amplas: hoc autem anguſtiores. Quorum cubilium paretur aër cum ſupradictis etiã ſuffitibus, vel hyeme cũm euaporatione harum ſublimatarum aqua-

qualitates aeris inſpirandi, & ſubſtãtia.

Per æſtatẽ.

Per hyemẽ

aquarum super ignita loca vel ferrum sit, vel aliud iniectarum, sint spicæ rom. vel citisi, vel de floribus citri : vel harum vna, pluresue immittantur in vasculum, cum gariophylis, cinnamomo, & citri corticibus, super calidum cinerem appositum. Vel deniq; ex accenso igne in lignis iuniperi, lauri, & his similium. Vel Æstate cum aquis gelidis frõdibus, viridibus, acori presertim, salicum, populi, vitium, arundinũ, floribus, aceto & camphora, quibus potius potieris, quàm fructibus, amplioreq; quam deceat potu: poteris etiam sublimatis aquis vti supradicto modo, vt rosacea, lactucæ, violæ, plantaginis, sicuti etiam in hyeme floribus, puta romana spica, frondibusq; per cubile conspersis. Aër castigatio est & medela cognatæ affectionis.

CAPVT XXX.

Quales somni & vigiliæ sint salubres in præseruatiua Arthritidis & Podagræ.

Effectus somni.

SOmnus liquat, & concoquit, elaborando cibos, & humores, si tanto tempore perduret, quanto opus est

ipsis

ipsis concoquendis:quibus concoctis, instauratur innatum calidum : sin minus liquatum relinquitum quod ingestũ, est, & non concoctum, qua humiditate ex cibis & potu imbuuntur viscera, cauitates,& carnes : cui nisi concoctio aduenerit, vt similis fiat alteratrici virtuti insitæ particulis humorem illum continentibus, vel crudæ digeruntur vndique in debiliores partes, vel in aliam non naturalem speciem declinantes fiunt ne dum Arthritidis, sed etiam aliarum diuersarum affectionum causæ. Quod si somnus protrahatur longius, quàm par sit, replet caput, ex nimia à somno euaporatione, humores deinde infra labentes morbum inferunt, indeque imbecillitatis noxam manifestissimam nerui, & ex eis genitæ percipiunt particulæ, hinc Hippocrat. lib. 2. aph. 3. somnus & vigilia vtraq; si modum excesserint malum. Modum hunc alij dimetiere per horas, dum inquiunt, ad summum horis nouem, minorem vero sex horis : verùm nos modum hunc in singulis penès singulorum naturam,& consuetudinem attendamus : Natura, vt quibus in stomacho difficile liquatur cibus, vel siccam aluum habentibus, à prandio somnus

Vnde fiũt excremẽta per sõnũ, & vigiliã.

Somni lõgi effectus.

Somni lõgitudo vnde dimetienda.

mnus est causa salubris, vel etiam consuetis. Vigilia deiectionem recrementorum emoliés ex concoctione per somnum genitorum, cum humores detineat in corporis ambitu, si modum excedat, non calescent, nec liquabuntur alimenta, vnde corpus carebit eis imbecillius, & frigidius. Modum igitur in vtrisq; etiam ex anni téporibus, & ingestis prosequeris, vt cibus plurimus longiorem somnum requirit, propter maioré eliquandæ materiæ quantitatem: pleniorem cibum hyeme, & vere exoptat naturale calidum. Perduret igitur somnus quousque cibi perfectè elaborati fuerint, cognoscitur id, si modum inquã supradictum non excesserint, vt Paul. cap. 97. lib. pr. ex ructibus, & ventris contractione. Quocunq; anni tempore, assumpto cibo non conuenit statim somnus, nisi prius descensus ad fundum ventriculi, reliquerit cibus superiores illius partes, in fundo etenim ventriculi inest facultas robustissima concoquendi, & ex octo mesaraicis venis vna ibi per omne tempus sugens alteratum cibum, defert ipsum ad loca propria, facilius liquidiora ingesta hunc locum petunt, propterea æstate non prius per horam à cæna consulitur somnus: hyeme per duas: quoniam tunc temporis assa comedun-

Vigiliæ effectus.

Modus somni & vigiliæ vnde attédãtur.

Hora sõni.

comeduntur omnia, difficilius labentia, quàm liquida obſonia qualibus vtimur æſtate. Formam decubitus iam aggrediamur: ſuper ventrem, coctionem ſtomachi roborat, ob id eam tibi laudo, & cunctis affectis Arthritide, his exceptis, quibus oculi ſunt imbecilles: nec ita infeſtat articulationes, nec facilè ad eas deponit humores, vt reliquæ decubitus formæ. Secunda ſit primò ſuper dextrum latus, deinde ſuper ſiniſtrum, hyeme conueniens magis. Tertia ſuper dorſum inde damnatur, quoniam detinentur ſuperflua, quæ alias purgarentur ab oculis naribus, & ore: ſic fiunt cauſa multorum acutorum morborum, apoplexiæ, epilepſiæ, incubus: præterea vena caua, incumbens dorſo, calet magis. Caput nec nimium eleuatum in hiſce decubitibus, nec depreſſum expedit habere, ne tantas à ſtomacho ſuſcipiat euaporationes. Hoc inſuper animaduertas, ne pluribus crebriſque agitationibus & reuolutionibus à ſomno primo, & ante, conciteris à ſiniſtro in dextrum latus, & à dextro in ſiniſtrum: nam tria efficiunt in hoc morbo timenda, cibum corrumpunt, in ſtomacho & inteſtinis, vnde ſuperflua augentur quam plurimum: quæ iam ge-

Decubitus formæ.

1.

2.

3.

Capitis in decubitu formæ.

Agitationes in decubitu vitandæ.

nita sunt ad eorum loca propria, vt euacuentur, declinare non sinunt, imò cibis permiscentur: viam deniq; prohibent huiusmodi crebræ agitationes digerendo cibo. Reliquis quibusdam additis differentijs, non erit circa præsentia quid aliud inquirendum, hæ differentiæ effectus somni terminabunt, penès eius durationem à cibo, vel ieiuno stomacho. Nam cibo repleti si somnum longum dormi-nant, calefiunt, & humectantur nimium: si breuem, relinquuntur cibi non concocti, vt diximus iam, non liquati, corpus frigesit, & viscera humiditatibus replentur. Si autem quis ieiunus longè dormiat, calefit, vt liquentur eius carnes, & corpus: si breuem somnum capiat, frigefiet, attenuabitur, quoniam euacuatur præsens humiditas. Effectus hi si cuiusq; naturę comparentur secundum anni tempora inuentu facile erit, quibus qui somni conueniant, & quibus qui non.

Sõni differentiæ à quibus sumantur.

CAPVT XXXI.

De quiete & motu præseruantibus articulos à morbo.

Exerci-

EXercitationes animalium vitæ propagationi necessariæ, adeò magni faciebant & Græcorum & Romanorũ optimates, apud quos valetudinis ratio præcellebat, & ad excrementorum expulsionem, & ad optimam corporis habitudinem, hi sunt duo præcipui earum effectus, & fines, vt & magistros instituerint, quos Gymnastas dicebant, & locum publicum in aliqua vrbis regione Gymnasium, qui publicè præessent exercendis iuuenibus in exercitiorum varijs generibus, qualia sunt lucta, discus, pugillationes, cursus varij, & adsimiles exercitationum species, præerant inquam magistris, quos pædotribas nominabant, vt Medicus coquo, inquit Gal. 2. de san. tu. nec prius iuuenes se exercuisse volebant, quàm alteraretur anhelitus: erat tunc temporis omnis exercitatio labor, vehemensque motio, qua in morbo hoc vti non conuenit ex suprapositis à Rhase, motus multiplicat choleram, & eam ducit ad articulos. Propterea sit ei loco exercitationis ambulatio, vel quiuis non vehemens motus, cuius sit terminus in tali præseruatione (omnino in curationem à motu abstinendum est, quo tẽpore dolent artus, omnis prohibetur motus) vt eousq; incale

Ad quid sint exercitationes.

Species exercitationum.

Cur exercitationes non cõueniãt in Arthritide.

Supra cap. 25. lib. 26. cont. cap. 2.

qui mot? conueniãt & quousque.

ſcant articuli, quò non laxentur, vt ſequatur ad eos fluxus: facillima eſt eorum laxatio, quia imbecilles, vehementis motus hic eſt affectus, propterea humores liquando deducit ad artus. Tempus quo de ambulare oportet, non ſit à cibis, at matutinæ ſint deambulationes: Non ſtatim à ſomno, ſed poſt horas duas. Vectiones omnes neque laudo, imò aliquas inſalubres eſſe cauſas, legitur apud Hippocrat. lib. de aer. aq. & loc. ſcytarum per equitationem plurimos corripi diuturnis articulorum doloribus, pendentibus, inquit, ſemper ex equo eorum cruribus. A quacumq; motus ſpecie caleſcit corpus, & ſanguis, qui calefactus excreméta ſecernit, ſi contineat ea, in articulos: propterea à dicendis euacuationibus conducet motus, magis quàm ante. Quod etiam in frictionibus eſt cenſendum, inter quas tantùm ſiccæ conueniunt in iam infirmos naturaliter articulos, ſiccas dico, quæ per linteolum, vel ſolas manus inferuntur, non paucá præcautionem pręſtant ex Gal. 5. de ſan. tu. non multas, at exiguas eſſe decet, crebroq; illatas: vſus tempore in ieiunum, deinde per horá cooperiatur pannis, vt ad cutim attracta euaporare poſsint: non eſſet præter rationem

Quando côueniát.

Vectiones.

Frictiones.

nem ſi in linteolum, quo frictiones fiant, Cap.29.
obducantur, quales ſuffitus diximus ad
exiccationem attractæ materiæ, & ad par-
tium ſoliditatem & robur. Frictionum
formæ ſint ſurſum & deorſùm per bra-
chia, ſpatulas, fæmora, caxas, ſuras, pedes,
& manus. Qui naturales dicuntur labo- Naturales labores.
res in 2. de Dieta omnes tibi prodeſſe af-
firmo, niſi naturæ modum exceſſerint,
ſunt hi labores, viſus, auditus, vox, & co-
gitationes mouentes, & calefacientes,
animum exiccant, & humiditates con-
ſumunt.

CAPVT XXXII.

Animi affectus quales eſſe debeant vt morbum talem præcaueas.

QVi præualidi ſunt motus animi,
quos naturales labores diximus
ex Hippocrat. 2. de Diæta, ne dum Effectus
corporis, etiam ſummopere caueantur, paſsionū
corpus laxant, & contrahunt: ſanguinem animi.
commouent, cogunt & coctionem aſtra-
hunt, vnde excrementa eueniunt, & cru-
ditates. Motus, ſeu paſsiones animi, ap-
pellant Medici, & Philoſophi, gaudium,
iram, timorem, mæſtitiam: ſanguis & ſpi-

ritus quibus animus vtitur tanquàm instrumentis ad omnes functiones sui, per has passiones retrahuntur, vel efferuntur extra, non quomodo in somno & vigilia, vel simul vtrumque obeunt, vim quàm maximam naturæ afferentes in eius quibusuis operibus. Mærore affecti, præsertim atrabilarij in diuersas feruntur melancholiæ species: Ira percitos præcipuè biliosos aliquando in acutas febres incidisse vidi, & legi apud Galenum: Nimio gaudio exolutos ponunt & Medici, Liuius, & Gellius. Eleaslaris sacerdotis, mæstitia necati, meminit Iosephus: vult quoq; Gal. lib. 5. de loc. aff. mæstitia quem mori posse contra vulgarium opinionem. Repentini sanguinis spirituumq; motus illicò calorem extinguunt innatum, vnde animalibus vita est, vel per resolutionem, vel suffocationem, vel paulatim adeò debilitatur, vt vita paulatim deficiat. Ita ergo moderandi sunt animi affectus, vt corpus ab ijs detrimentum aliquod non accipiat. Si enim calor ab ijs minuatur, excrementa digeri non poterunt. Sed in articulis coaceruabuntur, vnde huic morbo causa fomitesq; erunt. Si rursum calor ab ijs acuatur sanguisq; incalescat excrementorum, ad artus fiet diffusio, vnde hic morbus augebitur.

Animi motus species.

Ob iram febris acuta.

Ob gaudium & mæstitiam mors.

De bello iud.

Modi per quos afficimur ab animi affectibus.

CA-

CAPVT XXXIII.

Ciborum & potuum vsus.

VIctus rationem quolibet anni tempore dictum est constituendam esse, vt quoad fieri potest, careat corpus excrementis: Id fiet, si succi ex probis gignantur comestis, qualia requirunt natura, ætas, & anni tempora, dummodò eorum sit moderatus vsus. Moderationem præfiniunt exercitationes, vtrumque non superet alterum, cibi labores, nec labores cibos. Labores appellabat Hip. & cum violentia motiones, & à natura: Vtrorumque indicat immoderationem inesse: ciborum repletio, qua grauantur ventriculus & crura, tormen, flatus, fluctuatio, fiunt ob repletionem mucus, salina, palpebrarum grauitas, frontis pruritus, ex his cognoscere datum est nobis, cibos superare laborem, hoc est plus ingeri, quàm natura posit omnimodo superare: Labores non faciunt concoquens calidum, vt dicebat Galen. in lib. de trem. & palp. labores nunc dico quamlibet corporis, vel etiam animi motionem: sed in causa sunt vt corpus ex omni parte conspiret, & confluat, acci-

Intenrio in victus ratione.

Quãtitas.

2. lib de Dieta.

Indicia in moderationis ciborũ & pot⁹, in multidine.

In pauci-tate.

piat ſcilicet ac dimittat. Laboris immoderationem reſpectu ciborum & potus indicabit debilitas, ad omne opus timiditas, oris amareſcentia, vrinæ dum egreditur caliditas, excrementorum paucitas & ſiccitas. Probitas ciborum & potuum ea eſt vt abſq; moleſtia facilè alterentur & ſecedant: talia ſunt, quæ modicè ingeſta ſufficiunt pro medela famis & ſitis: horum omnium ſenſus eſt iudex. Duo præcipua, vt breuibus vtar, obſeruentur pro ciborum probitate ex Galat. cap. 4. lib. de bon. & mal. ſuc. vt quæ comeduntur & bibuntur ſint praui ſucci, & ne obſtructionem pariant: cibi boni ſucci dicebantur cap. 3. lib. 3. de al. fac. molles & friabiles, id eſt, non glutinoſi neque pingues, facillimè diſſoluuntur in ſtomacho, propter quod nihil æquè ac ipſi confert ad ſanitatem tuendam. Obſtruunt ingeſta ſucci viſcidi, & craſsi, qualis maluorum, & lentium eſt decoctio. Ciborum, & potuum qualitates animaduertendæ ſunt, ex temporibus anni, in anni conſtitutione qualibet, expoſuit corpus noſtrum aduerſentia aëris temperei, vt qualitatum exceſſus, & aëris, & ingeſtorum, æquetur inuicem. Sic hyeme calefacietibus, & exiccãtibus, vri cõuenit ad tutelam

qui cibi cõueniant & potus.

qualitates.

Per hyemẽ

lam corporis, aſsis obſonijs omnibus, vino meraciori, cibo multoplurimo quam potu, aromatibus: ſic exiccabimus, & calefaciemus corpus. Æſtate, contraria his agantur, potus plurimus quàm cibus, cibaria elixa omnia, vt æſtuoſum corpus mollius, frigidumq; fiat: propterea quàm dilutiſsimum bibetur vinum. In temporibus inter hæc mediis, agendum eſt, vt fiat tranſitus ad extrema dicta, per medias inter illa qualitates. Vt autũno cibo pleniore ac ſicciore, quàm æſtate vti deceat, bibetur minus, idque meracius: Vere autẽ frigidiore ſanè ac humidiore cibo & potu, habita relatione ad hyemen, ad æſtatem autem calidiore & ſicciore, vt omnium inter ſe contrarietate repulſa, temperiem cuncta ſortiantur, per quam inuicem miſceri, & permutari poſsint. Quantitate & qualitatibus alẽtium explicitis, cibatiorum numerus, ordo, tempuſque quæratur: Numerum conſuetudo determinet: bis in die cibum aſſumenti, an pro præcautione arthritidis & podagræ ſint plura in prandio ingerenda, quàm in cœna, erit neceſſarium inuentu. In quibus quàm breuiſsimè hanc à me regulam accipito, quãuis multi meam ſententiam non approbauerint: in medicinæ ſcientia effectus naturæ dili-

Per æſtatẽ.

Per intermedia tẽpora.

Numerus.

An plus dandum in cœna, vel in prãdio.

Noua opinio inter recentes.

gentissimè seruari decet: in æstate potius in cœna detrahendum, quàm in prandio, in hyeme viceuersa, solito minus ingerendum in prandio, quàm in cœna: quò plura sunt assumpta, eò somni profundiores adueniunt: in vigilia distributiones fiunt & resolutiones: in somno humiditate fruitur calor, in visceribus existente, alia humiditate hic potitur calor, & alia cauitates & carnes. Ordo spectabitur ex ingerendis, facilia alteratu mandenda prius, vt ante alia stomachi fundum attingãt, ratione penetrationis, seu distributionis, ibidem citius alterata, per mesaraicas distribuantur ad hepar, à quo attrahentur, quemadmodum per radices alimentum ab arbore: id continuò fieri non eget probatione. Quòd per fundum ventriculi intelligatur, an ea eius pars, in quàm dictum est primò distribui mesaraicam chylam portaneam ad hepar, vel ea quę stomachi veluti partem censet Gal. duodecadactylon, quod appellant duodenum intestinum, à duodecim digitorum longitudine, dum stomachum expellere in ieiunum asserebat: præterea 6. de loc. aff. cap. 2. inter intestina non numerat duodenum: & 3. de vsu par. vocat illud non partem, sed quidpiam ventriculo connatum. Nostra nunc hæc non referant,

Dictorũ ratio.

Ordo. & eius necessitatis ratio.

6. de loc. aff. cap. 3.

Citat loco.

ferant, minorum mesaraicarum vena apud ianitorem, seu pylorũ vna, vt dixi, distribuitur, altera in duodenum. Partes hæ ad interna secundum naturam transitum nulli concedunt, nisi in chylum redacto. facilè coquetur in ventriculo, quæ facilè vertũtur in chylum, in eum facilè vertuntur, habentia cum eo similitudinem: chylus is est succus, qui secundum naturã generatur in stomacho, ptysanę, seu hordei succo similis: quæ sint hæc in singulis, per sequens caput explicabuntur. Ordinem diuidit Galen. cap.pr.lib.3.de symp. cau. in præposterum & intempestiuum. Præposterum dicit, vtputa, si mala citonea, vel pira quis comederit, deinde olera sumat ex oleo & garo: præposterus hic ordo est, cùm prius olera essent ingerenda, deinde mala citonia, Intempestium vocat ordinem non secundum debitum tempus, vt si quis in aurora, ante exercitationem, vel ante externi cibi descensum sumat prandium, dũ igitur in stomacho mãserit præassumptus cibus, vel humores ibidem detenti fuerint nondum digesti, erit à cibo cauendum. Ad huius cognitionem nisi exquisito sensu id noueris, horarum octo terminum physicorum quidam apposuêre, vt inquam inter vnumquemque cibum octo

Tempus cibationis.

Obiectio. octo intercidant horæ. Dubitatur hîc, cur tempus interpositum inter cœnã & pran- Respõsio. dium est horarum sexdecim? Dicerem octo transactis horis vigilantem comedere posse, tot horę numerantur vigiliæ à cœna ad prandium, sicuti totidem à prandio ad cœnam, id consuetudine expostulante: transactis his & hesterno cibo descenso naturalem necesse est aduenire famẽ. Ad- Prohibentia esum. datur prædictis non esse cibandum quando noctu vel aliter percipitur sensus aciditatis vel nidoris, nidorem fumum dicebat Limachus: hæc enim vel à mala ventriculi qualitate fiunt, calida seu frigida, vel ab excrementis in stomaco, vel denique à calidis biliosis cibis, seu frigidis, pituitosis, aciditatem frigida referunt, nidorem calida. Prius igitur hæc erunt emendanda, dein- Potus quãtus esse debeat. de sumendus cibus, cum quo potus eam quantitatem habeat vt non fluctuet in ventriculo.

CAPVT. XXXIIII.

Quæ in cibo conducant & potu & quæ non.

Quæ conducunt. IN lib. de affect. Hippocratis, cibariorũ, potus & obsoniorum excepto pane, maza, carnibus, piscibus, vino, & aqua, reli-

reliqua omnia tenues ac debiles vtilitates habent, ad augmentum, ad robur, & ad sanitatem: in lib. de Alim. ad hæc tria est alimentum, vel seorsum, vel coniunctim. Reliqua si ad sanitatem & robur debiles vires habeant, easdem robustas habebunt ad morbum. Sic itaque in illis se gerere oportet, vt non sit eorum vsus continuus, neque in copia multa vt ferculorum, leguminum, herbarum, fructuum, embammatum, & conditorum: ea, qua quis vtitur vice, possunt delectationis gratia recipi, quoniam modo aliquo sunt morbis huius insalubres causæ. Eorum quæ sunt ad sanitatem in hac præcautione nonnulla si apponantur, ab appositis reliqua disci poterunt. Aliorum quæ ponemus conueniẽt magis in tali casu, & eorum exemplo reliqua componentur.

Alimentũ est ad tria.

Quæ non conducãt.

CAPVT XXXV.

Panes qui in cibo conducant.

FAciles concoctu panes ex Gal. 1. de al. fac. cap. 2. plurimum habent fermenti, & salẽ addidit cap. 4. Optimè subacti, & assati igne moderato in clybano, sint inter purissimos & furfuraceos substantiæ mediæ, non compacti pondere leues, in hyeme & vere plus habentes fermenti

Panes quales sint causæ salubres.

menti & salis, quàm in æstate & autumno. Non tãtùm cõ coquitur facilius, at excrementa pauciora congerent hi panes: & quò magis alij ab his distabunt, prauiores erũt in talium morborũ cautione. Aliquot panes præparentur supradicto modo, addito tamen aniso in puluerem nobilissimũ redacto, vt pollinis lib. addatur anisorũ, in hyeme ℥ j. in ęstate quidem minus, & cũ primis obsonijs frusta tria vel quatuor eius panis cõmandantur, vt vrinã moueãt. Possunt pollini etiã misceri aquæ sublimatæ, quę vim habeant, prout medicorũ exigit intẽtio. Græci vtebãtur maxa sibi ipsis viuentes vere tantùm & æstate, panis autumno solùm & hyeme, vt ex tritico constant panes, ita maxa ferè ex hordeo & si multi diuersa dicãt, non amborũ tamen erat idem cõpotitionis modus. Non vnius speciei etiã hisce tẽporibus reperitur triticum, optimum est exigua mole densissimum quod vix dentibus frangatur.

Panes arte facti ad hunc morbum.

Maza.

quale triticum. 1. de al. fac. ca. 2.

CAPVT XXXVI.

Carnes Aeriuagorum, terrestrium, & aquatilium animalium, pro his morbis.

Carnes volucrũ quales, & quæ cõueniãt.

CArnes volucrum omnium paucissimum præstãt alimentũ, collatione gressiliũ, 3. de al. fac. cap. 19. ficciores

ſunt, vrinam non fundunt, nec ſputum, nec ſaliuam, tamen excrementorum ſunt expertes, niſi viuant in aqua, propterea in hac præcautione conducunt ſi inquam montanę ſint, vel ex dumetis. Palumborum præſertim, quando non glandes comedunt, ſed trifoliũ, diſceſſuri, vt reddantur alæ volatui robuſtiores, trifolium etenim maximam vim habere aſſerũt in neruorum imbecillitates & affectiones, ſicuti etiam peucedanum quo veſcũntur cerui, in hoc caſu carnes huiuſmodi non paruifaciendæ ſunt. Perdicum ac turturum carnes ſi die vna mortuæ dimittantur, friabiles ſint & inculpatæ, poſt has pullorum gallinaceorum carnes locum tenẽt. Greſſibilium ſylueſtrium magis probę ſunt carnes, quàm domeſticorum cap. 14. eiuſdẽ, ruri inquam alitorum, quàm domi, quoniam exercitatę magis, pauciores habent ſuperfluitates. Veruecina laudatur ab Alex. cap. 241. lib. 2. & bouina: imo à bubula carne iuuatum recenſet, verùm bubula & bouina dimittãtur. Alitorum lacte carnes, minimorum excrementorum, magis laudantur hædinæ, mox vitulinæ, agninæ cap. 4. de bon. & mal. ſuc. humidæ ſunt, lentæ, & mucoſæ, vt quoque ſunt nuper natorum porcorum, medíocris autem ætatis

Gal. cap. 8. de att. dieta.

Greſsibilium car nes quales cõueniãt.

Pisces quales cõ ueniant. ætatis non damnantur. Ex cibis vtilitatem præstantibus ad sanitatem, pisces dictis annectendi relinquuntur: eorum differentiæ sumantur primò ex aquis in quibus degunt, secundò ex quibus vescuntur alimentis, tertio ex eorum speciebus. Piscium probitatis differẽtia ex tribus. Ab aquis. Aquarum paludum, hic sit gradus aquarum alentium pisces pro cibo, stagnorum, lacuum, & fluuiorum, probitates, & improbitates, & sanitate pisces conferentes, & improbos, ostendunt: Ab alimẽtis. Verùm aliquando horum graduum ordo ratione alimentorum est præposterus: nam fluuiorum pisces ciuitates expurgantium cum vescantur latrinis, erunt lacorum piscibus inferiores, pariter si hi limosis radicibus vescãtur, vel praui succi, erũt inferiores stagnorum piscibus huiusmodi alimenta non habentibus. Ab eorum speciebus. Conditoribus hisce non opus est differẽtijs ex speciebus desumptis, nam truita vbicunque in nostra regione deget, de his enim piscibus mihi nunc sermo est, laudabiliorum gignit succum, quàm pisces alij, sic lucij: at ratione locorum eiusdem speciei piscium alij alijs præstant. Debent incoqui si elixẽtur in albo iure à Gal. Ius album. descripto & 3. de al. fac. cap. 30. & 4. de san. tu. compromitur ex anetho, sale, oleo porrique exiguo in aquam coniectis. Nec

Gam-

gambari damnentur in hac affectione, al- Gambari.
uum deponunt, succum salsum habentes, & si duræ sint carnis, & in ventriculo difficillimè coquantur, firmum tamen præbent alimentum, adhuc difficiliores concoctu sunt limaciæ, tamen probè concoctæ Limaciæ.
& potentissimè nutriciunt & alimentum dant corpori non contemnendum.

CAPVT XXXVII.

FErcula iusculanæ vt plurimùm ab idiotis manduntur hodie ad subducendam aluum: consulentibus etiam medicis quibusdam ius ad bibendum ægroto ante quęcumq; cibum, vt egerat aluus. Cibi ijdem ingesti i. de al. fac. i. vt varios sortiantur effectus ad subducendam aluum, in causa sunt primò ventriculi temperies, vel quod in eo continetur: secundo humorum: Tertio aluui dispositio, sicci, vel proni ad egerẽdum: Quare ciborum conditiones variæ tùm naturales, tum arte acquisitæ: Addamus his ciborum conditiones quæ arte acquiruntur, per ęstatem sint contrariæ ijs, quas exercemus in hyeme: si exiccata aluus æstate fæces retinet, vt per potum aquæ frigidæ laxetur: humectata non egeret in hyeme: oppletæ enim neruëæ partes ab humiditate nimia, magis

Ius an duret aluum omni anni tempore.

Cibi ijdẽ cur non semper operentur.

retinent, cum villi per quos est retẽtio, minus cedant, tenduntur ab humiditate nimia, exemplo testudinis chordarum. Hinc per humiditatem hyeme ossa subducunt magis, quemadmodum æstate elixa humectando. Probatur in lib. 4. de morb. ab illo authore, eundem condidisse iudico libros tres de Diæta, excrementa putredinésq; fieri, quando in corpore nostro recentibus vetera non cedunt: tunc non cedunt, quando nimium retinentur. In omni igitur anni tempore iuscula non conuenient, sed percipito ex dictis quãdo: sicuti etiam fercula qualia ex dicendis. Fercula iusculaque omnia vel crassæ vel viscidæ substantiæ dimittantur, eorum inquam plurimus vsus, vt ex polline quauis compositione subacto, ex amylo non damnantur, neq; ex hordeo: Amylo hîc Reate potimur, quod Galen. cap. 8. libr. pr. de al. fac. insignis facultatis expertem dicit, & vt ibidem est animaduertendum mediæ facultatis est ad alimoniam inter panem & hordeum quouis modo paratum, propterea forsan eius vsum commendauêre iam Medici hic Reate antiquiores: ex condro, à nobis far dicitur, non omni ex parte à me laudantur, quamuis nec reprobem, lente aliquãtulum seu

Qualia iuscula ferculaúe dimittenda.

Ex Amylo.

Ex Farre.

visci-

viſcidæ ſunt ſubſtantiæ : propterea Gal. 4. de ſen. tu. condro addidit acetũ, contrariarũ itaq; dictis ſubſtantiarũ fercula & iuſcula laudãtur, & qualitatibus prædita, quæ ſint contrariæ exceſsibus anni temporũ.

CAPVT XXXVIII.

De Leguminibus & fructibus.

Legumina, loquens de arthritide Gal. com. 16. lib. 3. aph. vult in neruos imbecillitatem inferre, etiam per Hipp. decreta lib. 2. Epid. ſoc. 4. propè finem, vbi eruum comedẽtibus euenêre dolores genu, & ex aſsiduo leguminum vſu crurum impotentes facti ſunt. Articulationibus igitur oberũt legumina, inſalubres horum morborum cauſæ, vt de labis, phaſeolis & ciceribus albis notat Monteg. cap. 6. conſ. 10. Tamen ciceribus albis 2. de Dieta adſcribũtur facultates non inſalubres in præſenti caſu, per aluum ſecedit, per vrinam eiicitur, cicer album & alit, præterea ius cicerum rubrorum cum radicibus aperitiuis confert neruis & iuncturis ex Auic. lib. 3. in cura paralyſis ratione qua materiam diſtrahunt ab his partibus ad vias vrinæ, quod quid maius eſt, vt dicetur in horum morborũm præcautione. Aliorum leguminum chædropũ & cerealium dictorum

Obſunt articulationibus.

Cicer album.

Ius cicerũ rub.

vsus prohibetur, & recentium & exciccatorum. Horæi omnes fructus obnoxium corruptioni succum gignunt, imò si in ventriculo corrumpantur, quod sæpius vsu venit, non tantùm fiunt horum morborum materia, sed veneni naturam acquirunt. Horæos fructus Græci dicunt 2. de al. fac. cap. 2. constantes per 40. dies, in quorum medio exoritur canicula, vt sunt cucurbita, pepones, melopepones, & citrulli, his & per id tempus productis quod Greci oporam vocant, meliores sunt ficus & vuæ, si tamen gustui aliquando conceduntur, maximè quando contrariarum qualitatum in corpore fiunt medela. Inter fructus, quos arbores ferũt, castaneæ non sunt mali succi, cap. 5. lib. de bon. & mal. suc. sed crassi, propterea cap. 10. lib. de att. diæt. prauas esse castaneas inquit, siue elixentur, siue assentur, siue frigantur, multò magis si mandentur crudæ, succus crassus opponitur tenero, de quo in lib. illo sermonem habet Galen. eas potissimum commendat Alexan. in podagra: & ex Auic. membris omnibus conferunt. Reliqui omnes ex arboribus fructus acidum, austerum, & acerbum saporem referentes, plurimum obsunt, & neruis, & coctioni, & expulsionibus: qui dulces

Fructus Horcei.

Arborum fructus.

ces sunt non itidem. Et insipidi sunt melioris succi, quàm aliqua præditi qualitate. 2. de al. fac. cap 2.

Capvt. XXXIX.

Herbæ & Holera.

Inter herbas raphani folia prodesse testatur Hippocrates in libro secundo de Diæta articulari morbo. Raphani duplex est species, domestica, quā radicē dicimus, & syluestris, dicitur uulgo ramoraccia, earum folia tātùm consulit, radices autem non. In lib. 3. Oribasij synopseos admonemus vt brassica vescantur ij, quos articulorum dolores exercent, rationem infert, crassos gigni humores. Vetat Auicenna libro secundo, capit. 139. Brassicæ corpus humidius est foliis, propterea non nisi folia brassicæ conuenient, laudat embrocum decoctionis brassicæ super dolentes iuncturas: multi Brassicam damnant. Non possumus nisi methodo quadam omnibus satisfacere, vt dicamus, quibus crassa pituita abundat, prodesse brassicam, bile autem redundante non, nam tenuia incrassantibus egent, sicuti crassa attenuantibus: frigida calidis, & calida frigidis: vt in quibus abundat cholera vel sanguis tenuis, la-

Raphanus.

Brassica.

Methodus generalis.

ctuca, portulaca, atriplex, Blitum, lapathum, spinochia prosunt: in quibus autem pituita, maiorana, saluia, rosmarinus, hysopus, origanum, Balsamita tertia mentæ species. Arthritidi & podagræ opitulantur etiam vrinam cientium, pulegium, fœniculus, appium, petroselinum, asparagi, multa etiam addi possent, quorum omittamus multitudinem, cùm hæc sint ad alia, veluti exempla: & alij de his multa scripserint.

CAPVT XL.

Potus in præseruatiua.

Vinũ quale conueniat, & quo apparatu.

PRo potu an vinum conueniat dicamus in præseruatiua hisce conditionibus conuenire, sit substantia purum ac tenue, colore album, quod natura aquosum & olygophorum dicebat ex Hippocr. Galen. cap. 6. lib. 7. met. med. si enim diluatur minimam sustinet aquæ mixtionem, est inter vinum aquosissimũ. Hyeme meracius, & magis flauum conuenit, vtrum similibus naturæ opitulemur, memini me legisse apud Bart. Montag. inter medicos Italos celeberrimum consi. 60. quod est de imaginibus oculorum melius esse in potu aquam non misceri

ſceri vino: ſi verò vinum diluere oporteat, miſceantur per horas quatuor ante cibum: idem profert cap. 2. con. 16. extrahatur hyeme vinum horis ſex antequam bibatur, redditur benignius neruis, euaporant ex eo, aliqua ex parte, tenuiores illæ partes, quæ inebriare ſolent in vinorum mutationibus abſque potu, ſignum manifeſtiſsimum earum læſionis & diſcrepantiæ cum capite ac neruis: his detractis incidit, diſſoluitq; phlegma, & choleram ad vrinæ vias admouet. Oligophoron vinum hîc Reate confici poteſt, præſertim ex vuis campi Reatini, vel caſtri Franchi: reliquæ vuæ ferè omnes auſterum referunt ſaporem, & earum vina: in reliquis, aquæ ſunt propinquiſſimæ qualitatibus. Poteſt etiam quod bibitur uinum, præter oligophoron confici, quo modo conficitur uinum dictum ablutum ab Auic. capit. octauo, fen. 3. doc. 2. lib. pr. ſumantur tres muſti partes, & aquæ vna, bulliant mixta vſquequò minuatur pars quarta: poſſunt hæc bibi abſque alterius aquæ mixtione. Quod ſi ea diluere deceat, ſit aqua optima vel abſoluta, vel in qua per hyemem decoquatur, vel cinnamomi fruſtrũ vel fœniculus, vel quid ex his ſimile vri-

Vinum dilutum.

nam ciens: similiter per æstatem alia potentiæ eiusdem incoqui possunt, semen peponum cap. veneris & similia. Diximus iam quale vinum conueniat: dicendum restat, quando & quantum id sit exhibendum. In cibo offeratur non statim in principio, sed in medio, vel propè finem. Ieiuno stomacho vitetur, & dum chylus praui succi est in ventriculo, hic ducitur statim à vino in affectas partes, in ieiuno obest cerebro præsertim imbecilli, neruis, & ametriam excitat: prohibetur tertiò post assumptum cibum ne incocteus ducatur, vt oppleat, putrescat, & quàm cito fiat morbi materia An aqua conueniat ante cibi digestionem, etenim post digestionem conueniet, vt medela sitis, vt omnes quàm breuissimis diruantur dubitationes, dicamus conuenire quando fuerit castigatio, vt medela cognatę affectionis. Quãtitatem potus dimetiemur & ex ingestis, ne natando in ventriculo acquirant prauam dispositionem: & ex intentione vel remissione sitis. Quoniam te ad hæc omnia tęmperanté agnosco, non est, quid circa consuetudinem quæratur. Verùm hoc tantùm circa potum animaduertito, aquam in sicca temperie laborantium arthritide

Quandò bibendũ.

quantitas.

thritide seu Podagra esse eam causam salubrem, quæ ab his morbis posit omnimodo præcauere, dimisso vinorum vsu: at quoniam hyeme non conuenit continuus aquarum vsus, ratione temporis anni, propterea tunc temporis tibi consulo aquam decoctam mulsam, cuius vires eximias ad tuam sanitatem, quis quærere poterit ex Galen. com. 5. sup. lib. 4. de vic. rat. in morb. acut. morsu caret, flatu vacat, distribuitur melius, quàm cruda, magis alit, sitim arcet, & vrinas magis ciet, vt quæ cruda est deiectionem, comparat ibi Gal. crudæ decoctam aquam. Quales esse debeant hyeme incoquendæ aquæ, & quæ per æstatem bibendæ, satis abundè in libello nostro exarauimus de aquarum natura & facultatibus. Aqua.

CAPVT XLI.

Embammata, & Condita.

EMbamma, seu intinctus, si quibus vti velis, fit in bilis excessu ex acetosa, appio pauco, pane, & agresti Per æstatē. succo: vel ex seminib. comunibus frigidis, à cortice purgatis, pane in agresti succo madido & Zaccharo. In pituitæ excessu Per hyemē ex pipere, cinnamomo, zinzibere, carda-

Ff 5

momo, amigdalis dulcibus, vel pini granis, Hepsinio, vel aceto: & quoniam acetum, omniaq; acida neruis sunt infestissima, ob id aceti refringantur qualitates per eius decoctionem, cum serpillo, roremarino & his similibus: vel fiat Embamma ex herbis petroselino, sampsuco, hysopo, seminibus fæniculi anisorum pane asso & aceto. Vel deniq; fiat ex sinapi in puluerem redacto, vuapassa expurgata ab acinis, tusa, & Hepsinio. Alleata etiá aliquando sit tibi ex vsu, præcoquantur tamen allea, & cum pipere & amigdalis, vel auellanis, vel nucibus alijsque ex vsu præparetur. Ex conditis radices petrosellini, quæ hic Renate optimæ & maximæ producuntur, eo modo conditas, quo sunt ex vsu per hyemem autumni & veris partem tibi ante cibum laudo, succum aqueum ab articulis per vrinam subducunt: vel fæniculum, amigdalas, amisum Zaccharo obducta. Cibis iam repletum corpus oportet inanire, id vt res postulat, ex institutò succedet, si priùs breuiter explicemus, quid inaniendum, quando, & quibus modis: Quod iam iam aggredior, vt præseruationi finis imponatur.

Condita.

CA-

CAPVT XLII.

Quæ inanire oporteat.

SVccurremus inanitione partibus continentibus humores, quos materiam diximus ex Gal. salubrium causarum, si auferemus quod redundat (repletionem fore nunquam emoliendam in Arthritide & Podagra ex Galen. dictis iam potuit in morbi essentia) auferemus etiam quod veteris est iam assumpti cibi, inter se multitudine comparentur ingesta & egesta, non etenim ingestis egesta plura esse debent, via quacunque egerantur, tunc supprimẽda: euocanda verò, si pauciora, nisi alimento plurimo egeat corpus: multitudo euacuatione, euacuatio suppresione fugantur, vt inde repleantur inanita, & repleta curentur. Supprimuntur nimis fluentia, per ea quæ exiccando constringunt modicè vel aliter, vt expedit immodicæ, vel aliter fluxioni. Cum inanitio Arthritidem excitare nequeant, dicamus fluxionem à multitudine indigere euacuantibus: à praua verò qualitate nempe mordacibus, vel viscidis humidisuè excrementis, & euacuantibus & præparantibus: Qualitates has asciscunt sibi succi, cibiq; à corrupte-

Quid & quando inaniẽdũ sit.

Cap. 10. Primò inaniendum.

Secundò inaniendū & vnde.

Loca excrementorū generationis.

Loca excrementorū purgationis.

ruptela: à quibus alterentur, inferius dicetur. Auferimus etiam & omne humoris nimium, in corpore genitum: nimiū hoc ex his locis auferendum, vel in quibus generatur, vel quæ generatum suscipiunt: In his fit locis, in quibus coctiones fiunt, in ventre egestiones, de quibus nunc dictum est, in Hepate bilis & melancholia, in venis aqueus humor, in parte qualibet sudor, cruditates in his omnibus locis generantur, pituita præsertim in capite. Purgantur pituita secundum naturam ad palatum, & nares: bilis ad intestina: Melancholia ad ea itidem per ventriculum: Siccæ fæces ad rectum intestinum: aqua per vesicam, vrina etenim est: sudores denique per corporis ambitum: cruditates aliquando expelluntur, vt plurimum concoquuntur, inanitione præsertim, quæ fit per ciborum subtractionem: Reliquorum succorum multitudo euacuationem indicat, qui si excrementa fiant, confunduntur loci, per quos euacuantur, nam bilis & per vomitum, sudorem, & vrinam, melancholia etiam per vrinam purgari poterunt. Nondum geniti præcauentur & contrariam illis facultatem habentibus, & similem imbecilli virtuti. Cum his igitur succurrendum

dum erit aduersis, quæ partium lapsum in naturalem statum redigere, & succi, puta, calidi generationem prohibere valeant. Et quoniam purgationes non in totum fiunt secundum naturam laborantibus Arthritide & Podagra, expulsionum loci confunduntur, & purgantur vt plurimum in articulationes, quæ purgari oportet secundum naturam in supradicta loca: propterea inanienda sunt superflua, quo minus fiat purgatio in articulationes, vt in suas declinent familiares vias. Quibus inanitis inaniemus postmodũ, quod sit morbi causa, ab imbecillibus particulis, quæ non ex earum natura generatum suscipiunt.

CAPVT XLIII.

Modus & vtilitas inanitionis.

CIrca modum & caliditatem euacuationis, percipiantur toto animo hęc eadem dicta ab Hipp. loquente de peripneumonico in cap. 17. lib. 3. de morb. cum fuerit euacuatus, & corpore de bilis, infernam aluum tertio quoq; die deorsum commoueto, quò & corpus potens sit, & supernę regiones humoris exortes. Notãdum in his, quando quid supprimitur, post amplam

Inanitiones posteriores ad quid.

amplam euacuationem alteram fore administrandam tertio quoq; die, in quibus corpus eſt debile, & supernæ partes humiditatibus ſcatentes : quod ex his adminiculis prouenit vtilitatis, eſt ſuperflua in ſupernis partibus non in poſterum contineri, & corpus potens fieri: Vtrumq; fore tibi acquirendum ex ſupradictis ſumito, debile enim eſt corpus, excrementorũ aptum productioni, & humiditatibus adeò nunc refertæ tuę ſupernæ partes, vt Fernelius in illam prædictam venerit opinionẽ, extra caluam partes humiditatibus affici, demundandis in hoc morbo ad patientes artus. Ij ſint inanitionum modi ex redundante humore deſumendi, vt nunç dictũ eſt p vias ei magis familiares, quas omnes in dicendis capitibus exarabimus.

Duplex vtilitas.

CAPVT XLIIII.

Alterantia & purgantia per ſeceſſum & phlebotomia hos morbos præcauendo.

Euacuatio primò & ſecũdò inaniendi.

ADminiſtretur igitur euacuationis modus, quem iam iam ex Hippoc. diximus, tali modo. In venis & autumni temporibus in ea eorum parte quæ vide-

videbitur Physico assidenti conuenientior inituro properationem, ne interim materia partes magis obsideat: humores disponuntur, ne transeant in essentiã morbi, & eorum retũdendo qualitates, & multitudinem euacuando. Vere primò ex cõsuetudine eiectis fæcibus mittatur sanguis ex basilica prius dextri ad ℥ iiij. die sequenti ab altero latere totidem ex eadẽ vena. Tanti facit Cor. Celsus cap. vlt. lib. 4. missionem sanguinis, etiam tantùm annuam, vt nonnunquam perpetuam in his affectionibus valetudinem tribuat. In solis ortu diei sequentis extractionẽ sanguinis accipies potionem decocti in aqua cõmuni, pentaphylonis, camedreos, melissę, & ligritiæ rasæ cum Zaccharo paùco. vel Aquarũ sublimationis bettonicæ, Appij, Capill. Ven. Cichorij ℥ iiij. Cũ iuleb ℥ ß. potentur. Vel in his aquis seu etiã decocto eodem immisce, Mellis ros. simp. ℥ j. Sy. de Endiuiæ succo ℥ ß. Vel constet ex sy. lupuli, De succo cichorij sing. ℥ vj. & ex aquarum bettonicæ & lupulorũ ℥ iij. pro syropis calidis vt supra, quos iterabis diebus quinq;, vt excrementis magis pateant vię, ne colligantur in ipsis, per quas separãtur, deducunt, colligũtur, & excernũtur: ipsaq; excremẽta minora fient in virtute & multitudine.

Venæ sectio. In vere. Syropus 1. 2. 3. 4.

titudine. post hos quinque diei, dies alterius hora 10. horum sumat aliquod pharmacorum, si in forma liquida calidum.

Primum Pharmacum. R. Mirab. citrinorum ℥ ij. Agarici ℥ j. pul. Hermodactylorum ℥ ß. Cinnamomi ℈ ß. infundantur secundum artem in aquis Eupatorij & Endiuiæ, colaturæ adde Elect. ros. mes. ℥ ij. Sy. ros. soluti ℥ ij. exhibeantur mixta. Vel

Secundū. R. Diacattolici ℥ vj. Elect. succi ros. ℥ ij ß. Agar. troc. ℥ j. cum Aquæ betonicæ decoctis flor. & fructuum q. s. fiat portio.

Tertium. Quas portiones si abhorreas, potato Mellis ros. solut. ℥ iiij. cum decoct. flor. & fructuum in qua infundatur Reubarb. ℥ j ß. vel aliquod Electuariorum dicendorum. vel etiam Hyeram Hermetis in bolo ℥ j ß. hanc laudant mirabiliter & Rhasis & Nic. vel denique in pill. forma.

quartum. R. pill. aggregatiuarum, Fœtidarum vel Hermodactyl. sing. ℈ ij. troc. Alandaal gr. j. Fiant pillulæ v. cum vino aromat. & deglutiantur aureatæ. Exhibitis his deglutiantur non tertio quoque die, sed semel per hebdomadum gr. xv. pill. de tribus, in vno orbiculo. Sic:

Pharmaca altera. R. pill. de tribus ℥ j. fiant pillulæ iiij. cum Katar. imper. quarū vna tantùm sumatur in aurora die 7. qualibet: vel harū pill. loco.

R. Elect.

R.Electi rosf.mes. ℥ j. Agar. troc. ℈ j. Fiat buccella, his vti poteris vsq; ad mensem Iulij in excessu pituitæ. Tunc ab his omnibus abstinendum, & iuuabit decoctio prunorum, violarum, sem. quatuor frigidorum, & ea quæ bilis obtundunt æstum & siccitatem, educitur enim humectata bilis. In autumno ne confluat vel detineatur à frigore humor in articulationibus, inaniatur pariter corpus, vt vnus alteri non excedat. Ita vt si adfuerit multitudo, vena media secetur in dextro ad ℥ v. deinde ordine eodem quo supra, syropi tales esto. Per æstatē. In autūno. Venæ sectio.

R. sem. & florum hyperici pugi. Bettonicæ mā. j. sticados ℥ ß. Cinnamomi ℈ ij. Bulliant in aqua cōmuni secūdū art. colaturæ R. pro vice ℥ iij. In quibus dissoluito oxim. syllit. ℥ j. per dies 7. Vel. Syropus. 1.

R. Sy. de sticados ℥ ß. De 2. rad. ℥ j. Adde aquæ buglossæ ℥ iij. Pro Sy. assumptis igitur septē syropis, mane alterius diei deglutiantur in bolis. 2.

R. Elect. Elescoph. ʒ iij. Hieræ Hermetis ʒ ij. vel secundò. 1. Pharma.

R. Hermodach. pul. ℈ j. Diacattilici ʒ vij. vel Tertio. 2.

R. Hyeræ pigræ Gal. in forma Elect. ʒ vj. vel specierū eius ʒ j. Pillularum de Se- 3.

rapino ℥ j. Cum melle rof. folut. fiat bolus. Vel fint pharmaca in forma potabili.

4 R. Benedictæ Nic. ℥ iij. Sy. de polipodio ℥ ij. Ex aqua meliffæ infuf. agarici troc. ℥ iiij. Fiat potus. His peractis ad alteram vfque purgationem, bis in menfe quolibet vti poteris quo vis alio ex his Katarticis.

Pharmaca posteriora. R. Zacchari albi ℔. ß. Turbich benè mundi, Hermodactylorum fing. ℥ ij. Zinziberis, Sem. ruthæ fing. ℈ j. Cinnamomi Elect. ℈ iiij. Mofchi gr. ij. Fiat confectio in Rotulis cum aqua bettonicæ, dofis fint ℥ ij. tempus vfus matitutinum. Vel.

2 R Cinnamomi. Croci, Spicę. Squinanti Affari, Ligni aloes, Macis, fing. ℥ ß. Succi abfynthij, Succi Eupatorij, Sticados fing. ℥ ij Agarici, Turbich, Hermodactylorum fing ℥ j. Reubarbari ℥ j ß. Aloes Epatici ℥ j. Fiat ex omnibus puluis, & cum vino albo aromatico Magdaleon, cuius ℥ ij. transglutiantur in pill. iij. poft fomnum. Poffunt etiam ter, feu quater in menfe hæc eadem affumi, fi graue fuerit corpus, & abundauerit faliua. Probatur etiam à me quàm plurimum hoc electuarium fumendum ieiuno ftomacho hebdomada qualibet, in hyeme, principio veris, & autumni fine. Potentifsimum eft ad quam

querimus

querimus cautionem, vrinam admouet, excrementa per aluum adducit, viſcera roborat, omnemq; noſtram hic intentionem explet, eius doſis ſit à ℥ j. ad ij.

R. Meu, Camedreos, Centaureæ, ſing. ℥ j. Gentianæ, Agarici, ſing. ℥ ij. Iu, Bdellij, ſing. ℥ iij. Hypericonis, Appij montani, ſing. ℥ j ß. Ariſtot. rot. ℈ iiij. Terantur & cum melle diſpumato fiat Electuarium, vel tranſglutiatur ſolum, vel deinceps pōtetur aqua vel vinum, ſecundum corporis diſpoſitionem. 5.

CAPVT XLV.

Herrhina, & Apophlegmatismata.

Vergit pituita, vt dictum eſt, ſecundū naturam ad os & nares: In eius igitur exceſſu, non erunt ab re, vt trahatur pituita ad nares, & os, ne ad articulationes tendant, herrhina, id eſt, caput purgia, & Apophlegmatiſmata, id eſt, Manſticatoria, imò per quā vtilia & neceſſaria, vt magis fluat, quò natura vergit, vel etiam ſi eò non vergat: vt id efficiat, aqua mellis in vola manus poſita trahatur naribus: vel ſit aqua decoctis ligni aloes

Loca pituitæ purgationis.

Herrhina.

& sampsuci cum oximelite: vel aqua mellis cum pipere modico & agarici puluere: vel sit chelidoniæ minoris succus : vel bætæ succus. Seu liniantur digito minimo, interiores narium partes ex oleo seu laurino, seu de castoreo, seu de Kerua. Pro apophlegmatibus vtitor carpo balsami, vel cubebarum gr.iij. ante cibũ per horas 3. vel radice calami aromat. vel Angelicæ odoratæ, vel etiã imperatoriȩ, non deglutiendo, quod deducitur ab his: composita & valétiora sint hȩc, quorum exemplo supradicta componuntur.

Mansticatoria.

Cõpositorum. 1, R. Succi Arthanicæ ℥ j. Aquæ mellis ℥ ij. Elaterij ℈ j. misce & trahatur naribus, ore prius repleto hydromelle tepido. vel.

2. R. Moschi gr. j. Aquæ maioranæ ℥ j. Calefiant simul, & vtitor. Vel.

3. R. Nigellæ Sem. ℈ j. Elaterij ℈ ß. Salis ammoni. gr. vj. cum olei de cucumere asin. q. s. liniantur nares.

4 R. Masticis ℈ ij. Staphidis sylues. Pyretri sing. ℈ ß. cũ oxim. simp. fiant formulæ orbiculares depressæ, quarum vna mansticetur diu, & sæpè expuatur.

CAPVT XLVI.

Vomitiua.

Crudo-

CRudorum humorum semper, & biliosorum aliquãdo per vomitũ modus conuenientior erit euacuationis, & tutus quolibet anni tempore in Arthritidis & Podagræ cautione. Quando dicitur lib. 4. aph. 6. per vomitum purgandi caueant hyemem, per inferiora autem æstatem. Intelligit Hip. vel magnum æstũ, & frigus; vel validissima pharmaca, qualia sunt elleborus, peplium, & alia Zenotica, quibus illo tempore vtebãtur Physici, nũc aliter se res habet: vel intelligit vtrumque, quod conuenientius est. Potest igitur ne dùm in fine veris, & æstate fieri vomitus, at quoq; in hyeme, verum diei hora calidiore per hyemem semel in mense, bis per æstatem. A vomitu partis ciborum solitorum detractio in hyeme requiritur: non autem in æstate. Vomitiua sint ex leuioribus oximel simp. vel sy. acetosus simplex in aqua tepida, pro vno haustu: vel his adde, sem. artiplicis pul. ℨ j. vel dato aquam cõmunem decoctis anethi, vel staphisagriæ: vel denique ex vino vnà cum oleo prouocetur vomitus: vel cum aqua decoctis radicum raphani, vel eius seminis cum aceto: vel cum melle, aceto, sale & aqua in olla noua tepefactis, agitatisq; cum origani ramulis, est ex li. de inter. aff. inter hepa-

Interpretatur aph. 6. lib. 4.

Vomitum quæ moueant.

tis morbos: vel cum radicum citrulli exiccatarum & pul. ʒ ij. Bibantur ex aquæ tepidæ ℥ v. & Sy. acet. simp. ℥ ij. & vt summatim dicam vomitum cientia sunto neque acerba, neq; arida, sed dulciora & acriora. Possumus etiam præstare idem cum pennis madefactis in oleo communi, vel hytino oleo, vt demissis in tonsillas vsque. Validiora composita sint.

1. R. Anethi, Florum camomillæ sing. pug.
2. j. Assarici ʒ j. Staphisagriæ gr. xij. Bulliat in aqua cõmuni, colaturæ adde, Olui amig. dul. ℥ ij. Oxim. simp. ℥ j. Agarici tusi ʒ j. misce, bibantur.

CAPVT XLVII.

Diuretica, & Diaphoretica.

Vrinam cientia. PRouocentur vrinæ vel cum sumptis pro cibis & potu, vel cum vim refecentibus medicaminum talẽ habentibus potentiã, æstate seminibus quatuor frigidis maioribus, capillo veneris, Scolopendrio, Adyantho, Asparagis: Hyeme fæniculo, petroselino, appio, dauco, granis iuniperi, aniso, hisce similibus, quorũ vsus vel inter se sit mixtorum, vt lubet, vel in iuribus, aqua vinoúe decoctorum, seu infusorum, seu in puluerem redactorum, vel singu-

ſingulatim quodlibet adminiſtretur, velu-ti grana iuniperi, ſi tres vel quatuor deglu-tiantur mane quolibet ante cibum, vel fæ-niculũ, aniſumuè, vel amygdalus amaras comedas. Ponitur Pańilius Podagricus Procli ab Oribaſio Sardiano in lib. 3. com-pendij med. adeò efficaciſsimus in hoc morbo, vt perfectè curet annuo ſpacio da-tus, placidè per vrinas purgat, eius vſum quis quærere poterit in loco dicto. Re-linquantur ſuperfluitates euacuandæ per ambitum corporis ortum ducentes: Sunt quæ relinquuntur, & ex nutrientibus ſuc-cis vnumquamq; partem, & ex vehiculo deportante nutrientes ſuccos, amborum expulſionis vnam viam diximus, per ſudo-rem. Sudor non euocetur dulcis aquæ balneis, ex Auic. cap. 13. tr. 2. fen. 22. lib. 3. ſed ſiccis, quales thermæ ſunt plurimæ, & ex aquis: & ex dictis, apud puteolanos, fu-marolis, plurimum huic morbo conferē-tibus: & ex arenarum præſertim maris obductionibus circa corpus, omnibus vim habentibus exiccandi. Propterea com-petunt & vere & in autumni medio vel fine: Quam plurimum etiam laudabitur vſus Guaiaci, vel ſalſepurillæ, vel etiam ſaſsifraſsij & diuræticæ & Diaphoreticæ facultatis.

Sudorem mouētia.

CAPVT XLVIII.

Articulorum inanitio, & tutela.

Vtilitas inanitionis articulorum.

PEr omne tempus anni, laudabimus potius inanitionem in hoc casu, quã repletionem. At non tantum partiũ, quæ dictę sunt, inanitio erit moliẽda, dum præseruamus, sed quoq; articulorum, vt exiccãdo & morbi causam propellamus, & partes eò vsq; dẽsemus, vt morbũ nõ admittant, nisi admodũ sicca tẽperie fuerint

1. prędíti laborãtes, ex cap. 6. lib. 9. synopseos Oribasij, cũ tuso sale in oleo, pro frictionibus, mane, & vesperi, per totũ vitæ spaciũ,

2. vbi inflãmationes declinauerint: vel oleo vetustissimo decocto ad emplastri crassitiem, in quod aspergatur nitrũ tritissimũ, tũc sup linteũ extenso, & super locos apposito: vel sępesępius liniantur cũ vnguine calido,

3. quod accipiat olei ros. omphac. ℥ ij. Sandaracæ ʒ ij. Diu agitatorum in mortario. vel.

4. ℞. olei antiqui ℥ iij. Salis cõmunis modicè torrefacti ℥ ß. Sandaracæ ʒ j. Præparẽtur vt superius. Sandaracem non Græcorum, sed Arabum intelligo, quam vernicem di-

5. cunt, pariter sunt ex vsu ablutiones ex aqua extinctionis calybis, in qua cupressi pill. parùm tusæ deferbuerint; vel vinum ex de-

ex decoctione gallarum quercus, vel vlmi corticis. Probarem lixiuij vſum, bis in mēſe, quando è pānis dilabitur à mulieribus dealbandis. Simillibus etiam dictis leniendæ & abluendæ ſunt imbecilles articulationes. Sex iam his generibus abſolutis, ſic per has omnes cauſas ſalubres ad præcautionem arthritidis, & podagrę, te oportet eſſe, vt & humores ſerues eò miſtos, vt & ſibi ipſis in qualitatibus æquentur, in multitudine, & media conſiſtentia, & robur addatur partibus imbecillibus à natura. Sextum. Septimū.

CAPVT. XLIX.

Curatio Bilioſæ arthritidis & podagræ quem victum tribuat, & quales ſex alias res non naturales.

SAnationem, & morbi ſedationem, idē eſſe vult Hipp. in lib. de Nat. hum. & acquiri, ſi contenta laxentur, & laxata contendantur: fit hoc à medici ſcientia, dum obſiſtit inſtantibus morbis, mutatis naturis, tēporibus, & ætatib. Inſtantem arthritidem, & podagram, in intentionibus curatiuis, dictum eſt propulſandam eſſe, & inflammationi, & eius conti- Sanatio quid ſit & vnde fiat.

nenti causæ, denique affectæ parti succurrendo. Laborant nũc articuli, non quemadmodum in pręseruatione, tunc imbecillitate naturali, nunc ægritudine ac doloribus afficiuntur propter morbi essentiam. Et si nõ idem sit curationis modus, & progressus, in omnibus articularis morbi speciebus, per has intentiones, quamuis eædem intentiones omnibus cõpetant speciebus, alter curationis modus ischiadi tribuitur, podagrę alter, tamen quibus doloribus laborare soles, medicaminum erit idem vsus. Memoria igitur repetantur decreta omnia in præseruatione, nam plerũque etiam præseruãdo curamus: propterea cautionis gratia necessario hic apposita, qualia etiam in superioribus dicta sunt, nõ tantummodo cautionis erũt, sed vnà cum curatione iunguntur: fieri enim nequit, vt causa continens & ipse morbus, nõ foueatur semper ab antecedente causa. Doloribus itaque infestantibus, cõstituatur diæta, si excesserit bilis, seu sanguis (in hac arthritidis specie, & in hac podagra curationem prius afferam, deinde in ea in qua pituita, seu crudus humor excedit. Supra etenim harum duarũ tui morbi mixtarum causarum vnam alteram superare asseruimus, secundum anni tempora & victus rationem)

Dieta.

tionem) prandium ſit cœna copioſius, detracta quãtitate dimidia in cœna, in prandio aũt vna parte ex tribus. Sint ex vſu humectantia & infrigidantia, concoctu facillima, non robuſtiſsima, ſed quæ inter pleniorẽ, ac tenuẽ, mediũ victum cõſtituunt, qualia ſunt ex carnibus, quæ ſub ventre ſunt, thoracis, muſculi, & pedes. Ex volucribus montanis, turdus, & merulæ, & in dumetis degentes, pulli gallinacei: ex holeribus lactuca, intubus, blitum, beta alba, nitrum ſapore refert, blitum qualitatis eſt expers, cap. 43. lib. 2. de al. fac. per quæ horum differentiam nõ videtur intellexiſſe Pandect. cap. 97. cum Dioſcoride capita bliti & betæ fore continuanda cenſuerit. Iuſcula ſint ex pane, amylo, hordeo, cum emulſione 4. ſem. cõmunium frigidorũ, vel ſem. papaueris albi, vel portulacæ in aquis ſeu ſublimatis ex lactuca, endiuia, & his adſimilibus, ſeu communi, ſeu decoctionis carnium vel ſint iuſcula in iiſdem ex ouorum luteis cum ſucco agreſtæ. Potum conſulit Auic. aquam hordei vſque ad morbi maturationem, declinationẽ intelligens, conſulitur etiã aliquãdo pro potu aqua endiuiæ, vel acetoſæ, vel communis aqua decoct. peponũ ſem, vel melopeponũ, vel coriandrorum, vel etiam radi-

Cibus.

Potus.

radicis granati ſylueſtris, quibus addatur, ſi ſtomachum lædant, Zaccharum, vel Iuleb. Somnus ſit vigilia prolixior, qua pro conſuetudine tenebaris, iram, furorem, & alios animi motus, & corporis, omni conatu vitare oportet: geſtationes, & frictiones, cum cautela conueniunt, mediocres. Si non egerat aluus immiſsis enematibus quotidie proritetur. Aer decliuis ſit ad frigidam & humidam qualitatem.

Res aliæ non naturales.

CAPVT L.

Venæ ſectio.

An conueniat in arthritide.

INter initia mittatur ſanguis, ſi Alex. id renuat in cura podagræ, tamen reuulſionis gratia concedi poteſt: præterea non ſola bilis eò defluit, ſed cum aliis admixta ſuccis. lib. 10. de comp. med. per loc. Gal. cap. 2. primùm omnium venam ſecat, ſi humores ex æquo redundauerint. Educatur igitur ſanguis ex eo loco ſecto, qui magis fluxionem ſiſtit, & impedit, is erit qui longiſsimus extiterit à parte, vbi dolores fieri, & ſuccus colligi ſolet, vt in lib. de off. nat. An ſeruata rectitudine, vel aliter, ita vt affecto pedis ſiniſtri pollice, ſecemus venam non ex bracchio ſiniſtro, ſed dextri malleoli venam internam, apud quoſ-

Locus in quo ſit vena ſecūda.

quosdam vertitur in dubium. Gal. cap. 3. lib. 5. met. reuulsionis gratia, ex cubito incidit venam sanguinis profusioni è directo respondente, è directo ex eodem latere denotare vllus non negabit: reuellimus fluētem sanguinem à narice dextra, si cucurbitulam affigamus dextro hypocundrio. Author de Nat. hum. & de oss. nat. reuulsiones per easdē partes, tamen quàm longissimas innuit administrandas, per quas uenæ procedunt, dextræ non in sinistras cōfunduntur ex magnis, nisi tertium par venarum, nec sinistræ in dextras. Propterea ex eodem latere secandas venas esse censerem. Quæ autem, ex eorundem librorum sic constet doctrina, quam nondum insequi possum, cum quid noui, nec expertum afferatur, quamuis ex supradictis ratione non careat, etiam validissima. Si doleant manus & humeri, cum per loca hæc distribuatur quartum par venarū, & in pudendū desinat, ex hac eadem mittatur sanguis, vt quò longinquiùs reuellamus: eandem docuêre doctrinam authores hi in primo, & secundo pari, quam sequuntur nunc etiam omnes medici. Nam si coxendix afficiatur secta vena, quæ in pedis malleoli parte apparet externa, soluit morbum & Hipp. & Gal. in locis pluribus

Quæ venæ sint secandæ.

Noua opinio.

bus: si autem vterus, vena secta ex altera malleoli parte, quoniam illarum partium venæ in hæc loca tendunt. Si igitur genua vel pedes doloribus infestentur, vena post aures aperiatur, non quemadmodum Scythis mos erat, vt Hipp. in lib. de ae. aq. & loc. non pendeat pro vice sanguis extractus vltra ℥ iiij. hæc est inter venas per secundum in testes etiam procedens, propterea fœcunditatem tollit, si tota secetur, quod verissimè vt pluribus in locis Hipp. doctrinæ non repugnat. Sic per loca vti monemur ab his authoribus conuenientissima administretur reuulsio. Animaduertendo, si in his venis materia multa præsit antecedens, præseruando fore necessarium, vt prius basilica, vel cephalica, vel media aperiatur, secũdum antecedentis causæ facultatem, & locum, causamq́ illam continentem. Ex Aetij sententia cap. 23. lib. 12. cuius opinionem insequuntur ferè omnes, manibus dolentibus venam, secabimus cruris iuxta thalos, aut poplitem, aut plantam pedis. Si fluxio sit in crura & pedes, vena brachij aperiatur interna, hæc nisi appareat, media: vel etiam vena manus ex Philargio.

Scythæ quas venas secuerint.

Venæ in præcautione secandæ.

CA

CAPVT LI.

Præparantia humores & humorum ductus, Aluumq; ducentia.

EXtracto sanguine, leniatur venter, vt abducantur fœcalia, & congesta excrementa in ventriculo, & primis venis: asperas cum has partes effecerit siccitas, ob contractionem, aspera contracta sunt omnia, non dimittunt, quibus lenitio accedēs necessariò laxantur: euacuatę attrahunt rursus à toto corpore, hic est omniū in toto corpore cōsensus, vt in inanita attrahāt, & repleta distribuāt: erit euacuādi modus in hoc casu, etiam pro reuulsione succorum ad articulos decumbentium præstantissimus, qualem etiam dixi per vomitū: ambobus vti licebit, si multa adfuerint exercenda. Poterit vomitus ab exhibito lenitiuo administrari die tertia, qui dies est quartus à phlebotomia, ne moueamus in dieb. imparibus, in quib natura expulsioni nō vacat. Quàm debilia ferè pharmaca cōsulit Auic. cap. 7. tr. 2. fen. 22. can. 3. fortiora, inquit, humores cōmouēt, vt per corpus magis diffluāt. Præterea 4. de rat. vic. in ac. tex. 19. Hip. nihil educit à parte affecta, imo tūc tēporis ab iisdem sanę partes & morbo resistētes colliquescūt: vnde videt intellexisse Hip. validissima pharmaca,

Vētris lenitio.

Vomitus.

Validissimorū Zenoticorō effectus.

ſic colliquatis fiunt forſan conuulſiones aph.16.lib.4.non immediatè propter ellebori actionis vehemẽtiam, vt in com. cenſet Gal. ob id nos non ducentia propoſuimus, ſed lenientia tantùm. Præbet Auic. caſsiam ex aqua endiuiæ, vt caſsiæ flores ʒ xij. tranſglutitis in bolis potentur aquæ endiuiæ ℥ iiij. Clyſteres ſint.

Priora pharmaca. Primum.

Secundũ.

R. decocti cõmunis per clyſt. ℔ j. Elect. lenitiui ℥ j. Olei violati ℥ iij. Mellis roſ. col. ℥ ij. Miſce pro clyſteri. vel ſi adſit copia phlegmatis, tamen bilis eam ſuperet, poſſunt Accipi foliorũ ruthæ Abſynthij, ſing. pug. ß. Bettonicæ, Anagállidis, ſing. man. j. Furfuris, Frond. violarũ, ſing. m. j ß. Centaureæ min ℥ ß. Bulliant in aquæ communi q. s. quæ ſit ℔ ij. ad aſſumptionem medietatis. colatura expreſſa capiat caſsiæ tractæ ℥ j. vel Hyeræ comp. ʒ v. olei roſ. ℥ ij. ſalis gemmæ ʒ j ß. pro clyſtere: clyſterium horum vſus ſit alternis diebus, niſi ſponte fluat aluus. Vomitus cietur cum ſupradictis, dum opus fuerit, vel cum aqua tepida aceti exiguum, vel acetoſum ſyropũ habente. Poſt hæc bilis acredo æquetur cum humectantibus ex Alexandro, tamen infrigidãdi etiam poteſtatem habentibus, vt poſtmodum noxam nullam partibus inferat humor humectatus euacuationi

Tertium.

Alterantia ac præparantia.

tioni

tioni obediens. Poterimus primò ſyropis, & Katarticis id præſtare, Balneis etiam in ſequenti capite. Sint ſyrupi.

R. Iuleb violati ℥ j. Aquæ hordei ℥ iij. miſce vel: Primus ſyropus.

R. ſy. ex ſucco endiuiæ, Violacei, ſing. ℥ vj. Aquarum lupulorum, Lactucæ ℥ iij. miſce vel ſi fortioribus vti velis: Secundus.

R. Oxizaccharæ ℥ j ſy. byſanthini abſque ſem. ℥ ß. Aquæ bugloſſæ ℥ iij. M. vel ſit aqua deco. radicum chelidoniæ, diureticæ ſunt, & vtiles. Tertius.

R. Rodomelles Zaccharini ℥ j. de 2. rad. ℥ ß. Aquarum capil. veneris, Cichorij ℥ iij. miſce ex his vno mane quolibet per quinque vices exhibito calido: aſſumat vnum pharmacum ex his dicendis in aurora cal. Quartus.

R. Rhabarbari infuſi in aqua endiuiæ ʒ j ß. in qua infuſione diſſolue Mellis roſ. ſolut. ℥ ij. cum Elect. ſucci roſ. ʒ ij. pro potu. vel ex Alexandro. Primũ Katarticum.

R. Sy. roſ. ſolut. ℥ iij. cum diagridij gr. vij. ſumatur cum cochleari. vel: Secundũ.

R. Mannæ ℥ j ß. cum Elect. roſ. meſ. ʒ j ß. ex decoct. flor. & fructuum. vel: Tertium.

R. Aquam Meliſſæ infuſ. tamarindorũ & cum Elect. de pſilio ʒ iij ß. & Diaſebeſten lenit. ʒ vj. fiat potio. quartum.

CAPVT LII.

Balneum.

An competat.

POst has euacuationes non immeritò balneum aquæ dulcis laudarem, cũ in præseruatione illud ex ratione renuerim: plus discutere & euacuare, affectáq; bilé non naturali acredine æquare potest curando, quàm tunc temporis humores ad articulos expellere debet ex aqua tepida, quam potulentam vocat Paul. vesperi, non autem mane, per id temporis spatium administrari, in quo se cum eo oblectet æger. Quò elapso pannis calidis abstergatur corpus, inungaturq; oleo omphacyno rosaceo, vel violaceo, præter articulos: deinde in molli lectulo recumbendo, vna hora interponatur ad cœnã. Sudor, qué promouet balneũ & reuellit ab articulis, & morbi materiá euacuat, & antecedentem consumit, & æquat. Euacuat & per insensibilem halitum, propterea cũ intenduntur defluxiones, & quando absunt, vtendũ balneo censet Paulus. cap. 78. lib. 3. Ad pharmaca topica iam fiat transitus, cõstituto iam balneo septem dictis conditionibus.

Modus apparatus.

Effectus balnæi.

CAPVT. LIII.

An repellentia topica coneniant in his morbis.

Dum

DVm curando aguntur omnia dicta, sequẽtia pharmaca suntordine, quo dicẽtur, imponenda. Scopus in hisce affectionibus 13. cap. lib. 10. catat. est, influentes adhuc humores per adstringentia repellere: si amplius non influãt, discutere iam impactos. Primùm an conueniat, non eiusdem uidentur sententiæ Gal. & Auic. Secũdũ, quod erat discussio, efficietur, vel quando à seipsis calefiunt impacta, vel attenuantur, vel rediguntur in flatus, seu ab externis, vt dictũ est. Nos extrinsecus appositis, ea ad discussionẽ aduocabimus & vnguinibus & aliis, post repellentia dicendis. Repellẽtibus vtamur pharmacis, in fluxionibus in manus & pedes, ibidem Gal. cap. 2. Non autem circa coxendicum iuncturã. Expulsio materiarum à iuncturis ex Auic. cap. 5. 2. fen. 22. can. 3. in causa est ad perniciem, quoniam illæ superfluitates consuetæ separari, & ad iuncturas peruenire, ad membra principalia transeunt, vel vice alia morbũ inducunt. Nisi Auic. dicta interpretemur, modo quo se ipsum explicare videtur ca. 7. erunt contraria & Græcorũ & Latinorũ dictis. Repercussionẽ, inquit, nõ oportet fieri materia existẽte validæ effusionis, & quæ plurimùm effunditur per partẽ post partẽ, Duo ꝑ hac intelligẽda fore

Dubium.

In quibus morbis cõpetant.

Respõsio. quando cõueniãt, & quando non.

censerem, materiam multam, & velocissimi motus: verum ad horum cohibitionem, per sanguinem pręmissa est euacuatio, & aliqua ex parte reuulsio. Quibus à principio statim administratis transeundum ad topica repellentia, & roborantia, infrigidando partes, in quas incumbit influxio: cálefacta præter naturam infrigidantibus reficiuntur, & è contra.

CAPVT LIV.
Repellentia & Alterantia.

Embrocũ. EXplenda erit repulsio embrocis primò, & irrigationibus ex oleo ros. myrethino, violato, nenufarino, oleo de ranis Mesuæ, de papauere, de lactuca, seu eius semine, si pars plurimùm tendatur, si minus, dictis oleis ouorum album addatur, vel etiam vitellum cum vini modico, verùm non oleorum tantùmmodo embrocas laudo, nisi in plurima tensione, sed mixtorum cum aliquibus infradicendarum herbarum succis, vel decoctionibus, vel aquis sublimatis ex rosis, endiuię, plãtaginis, lactucę, portulacæ, solatri, semperuiui: seu cum aqua communi addita seu aceti quantitate pauca; quod Græci Oxicraton, Arabes pesca dicunt, irrigationes fiant: seu oleorum dictorum quantitate

In qua morbi specie compe tant.

tate vt sit hydroleō: seu deniq; aceto & oleo additis, misceto pro oxirodino, vt tres partes dictarum aquarum vel succorum suscipiant partem vnam olei, & mediam aceti. Affectæ partes possunt quoque lacte rorari, bubulum est præstantissimū, vel aqua tantùm, succo, decoctione infrigidantium repellētium ad leniendum dolorem. Si excandescat locus, inquit Paul. vt Serisipelatis induat speciem, recentis cucurbitæ frusto obducatur, aut cucumeris carne, aut peponis, aut melopeponis, vel quod commodius est, ex horum carnibus expressus succus per linteolum superliniatur, si reperiantur hi fructus: sin minus, cataplasmatibus vtitor, maiorē enim quàm embrocæ repellentiam & frigiditatem agunt, ex solatro, plantagine, beta, portulaca, foliis vitis, pastoris bursa & virga, rosis, lactuca, lenticula aquæ, iusquiana, myrtillo, psilio, agresta, violarum floribus, vt frōdibus, semperuiuo, veneris vmbilico, & similibus, vel per se, vel simul adhibitis, viridibus, tusis, superpositis frigidis, omnia intelligas frigida imponēda, & postquam calefacta fuerint auferēda, vt alia simili modo imponantur, & auferantur. Cataplasmatum horum vsum docet Hip. in lib. de aff. inquiens, in flammis ea cataplasmatis

Oxirodinum.

Cataplasmata.

frigefacito, fiunt ex herbis viridibus contusis tãtũ, vel decoctis, vel ex succis & herbis. Quod si cum bile quantitas fuerit maior serosi, vel crudi, tenuisq; succi, inter dicta, quæ magis exiccãt, conuenire putandum, præter quę malicorium etiã in aceto decoctũ apponit Aet. ligustri folia, virgulta cupressi tenerrima, & eius pillulas, formatur ab ipso cataplasma perfectè sanans ægrum ex cupresi pillulis & foliis. Pultes magis adhuc dolores mitigant, ex Alexan. quàm cataplasmata: formulæ sint, supradictarum herbarum succis, vel decocto, vel aqs sublimatis, permisceto hordei farinã, fabarum, & oleum rosaceũ, ne cito siccentur, sit oleũ rosaceũ omphacinũ, magis hoc repellit ratione immaturitatis oliuarũ, quã completum, vel quoduis ex dictis oleis: si absque oleis præparare velis, excipito

Puls.

Hordei farinæ ℥ ij.
Muccillaginis psilij ℥ j.

cum aqua virgę pastoris q. s. cum his ouorum lutea quoq; conferunt. Vnguinum & Emplastrorũ vsum nõ laudo in hac arthritidis & podagræ specie, ratione pinguedinum & oleorũ, inflammationẽ aliquando potius augescentiũ, ob id cataplasmata in inflãmationibus consuluntur in lib. de aff. Cæterum aliquando huiusmodi mixturæ sufferri

Vnguina.

ſufferri nequeunt, nã articulationes doloribus laborãtes grauãtur maximè à quoq; etiam minimo impoſito. Poſſunt hęc lenimenta illorũ loco adhiberi, ex acacia cum oxicrato, vel cum memitha, à Gręcis dicitur glauciũ, & aquæ communis q.s. decoctis papaueris albi, vel ſucco parietariæ, vel deniq; ex licio & aqua lactucæ. Lenimenta.

CAPVT LV.

Narcotica ſeu Stupefacientia.

SI adeo vehemẽs dolor irruat, vt laborãs ferre nequeat, opus eſt narcoticis, tamen cũ præmeditatione opponantur, ne ſtupentiũ articulorũ vel ꝓpter materiã ibi coagulatã, vel aliter in poſterum ſit difficilis motus, ob id non ſit multus vſus eorũ: ac protinus poſt narcotica mitigato dolore ſtupidas articulatiões calefacito, iiſdẽ calefactoriis, vel etiã intẽſionibus, quib. poſt repellẽtia, vti ꝓpoſuimus diſcutientib. emolliẽtib. Narcoticorũ formulæ extãt plurimę in ult. lib. Gal. citat ex Aſclepiade, & Eraſiſtrato, præſertim qui dicitur paſtillus Iuppiter: & qui cõſtat ex ſucco papaueris, vel oppio, croco, & lacte bubulo, tritis & per ſe exceptis, vel cũ vnguine roſaceo, vel panis mica leuigata & roſaceo mollita. Vnguẽtũ Populeon, vel Gal. infrigidãs

Vſus eorũ. Prima Formula. Secunda. Tertia. quarta.

eundem præstat effectum, si cum oppio excipiatur, vel hyosciami, vel cicutæ succis. vel:

quinta. R. Sief memithæ, succi Barbæ hyrcinę, Sem. hyosciami, rad. Mandragoræ, Oppij, sing. p. æq. cum muccillagine sem. psilij vtitor, vel cum eadem fiant trocisci, & penes necessitatem emolliantur cum aceto potenti: post quę sedato dolore, yrini, anethi, camomellini, laurini, absynthij, vel vulpini oliis foueatur locus: vel ex triaquilone amollito in oleo amig. amar. de lilio, seu costino, vel etiam emplastro de melliloto.

Vsus calefaciẽtium post Narcotica.

CAPVT. LVI.

Calastica seu discutientia.

quãdo cõueniant. EMolliendo discutientia, quæ in vigoribus, at magis in declinationibus approbantur, tunc conueniunt, quádo humor sui substantia sit aptior excussioni, & iam humor crudus ei admixtus incaluerit. Tres eis conditiones Gal. adscribit cap. 13. lib. 5. de simp. med. sint modicè calida, non exiccantia, ac tenuium partium: si admodũ valida fuerint calefaciendo maiorem tumiditatem & rubedinem locis inferẽt, dicuntur hæc anastomatica id est, aperitiua: si exiccent, augebunt crassitiem morbosæ materiæ, sint oleum de auel-

qualia sint.

Aperitiũ.

quæ sint discutientia.

auellanis, de nucibus, de lilijs albis, camomellinum, anethinum, vulpinum, vel de cucumere asinino, vtitor solis, seu mixtis inter se, seu cum aqua communi decoctis bettonice, & florum hyperici. Vel conficiantur ex panis medulla madefacta in carnis brodio pingui, & ex oles amig. amar. & camomellini, paucissimoq; croci: vel ex fabarum, seu etiam fænogræci farinis cum adipe, butiro, & anethino oleo: vel denique ex alteæ & asphodeli radicibus, mellilo to, & verbasco decoctis in aqua, in qua calida linei, seu lanæi panni imponantur madefacti: vel in eandem decoctionē excolatam adiectis oleis de lilijs albis, & anethini, demittantur affectæ particulæ, debent oleo plurimum decocto confundi, & absterfæ partes post Encatisma in calido loco reclinare. Ferè infinita similium est multitudo. Nunc dicta sufficiant in curatione Arthritidis & Podagræ, quorum in causa sit humor tenuis seu biliosus inter alios excedens.

CAPVT LVII.

Arthritidis & Podagræ à pituita, crudoue humore curationes per sex res non naturales primo.

QVando in causa non fuerint biliosi succi horum morborum: sed pituitæ excrementitiæ, vel crudorum succorum qualitas, antecedens verò crudus succus, vel pituita, sicuti aliquando euenire per supradicta decreuimus, ita instituatur curatio. Aër sit ad siccitatem & caliditatem propensus, & ambiens, & qui inspiratur. Somnus moderatus, & vigilia, ne humor augeatur ab vtrisque, sed per somnum coquatur quod inest, ac distribuatur à vigilia, siccus languidusq; fit calor, nisi humectetur per somnum. Quies motu tunc præstantior, obtusis autem doloribus è contra. Animi validas affectiones reuocare, & reprimere oportet. Cibus & potus sit ad calefaciendum, & humectandum, decliuis, specie tenuis, affligentibus doloribus, ac etiam in præseruatione, nam crudo succo abundãtes facillime ieiunium ferunt: corporibus carnes habentibus humidas famem adhibere oportet, 7. aph. 61. Fames enim corpora siccat, & in lib. de vet. med. fames magnã potentiam habet in naturã hominis, & sanandi, & debilitandi, & occidendi: sanandi & cibis, & crudis succis refertos, famem quisque sibi ascisscit pauciora & defectuosiora quàm satis est assumens, cuius

Sex res nõ naturales.

Fames potentia.

ius exactam cognitionem percipit os ventriculi. Agendum igitur, vt dolentibus articulis, detrahas alimenti quantitatem, & robur, robur inquam ad generationem sanguinis, & quantitatem ad replendum inanita: quantitas, & quantum robur sit detrahendum à sensu corporis indicatur, secundum dolorum vehementiam, & virtutis imbecillitatem: longam famem perpeti in causa est debilitatis ac necis: propterea ea sit fames, à qua corpus admodum non debilitetur, & ingesta probè coquantur. Inediam ac famem per dies plures, euacuationis vicem gerere, quæ fit per purgationem, asserit Aetius cap. 33. serm. 12. & ijs inediam consulit, & famem, quibus euacuationes, & purgationes fieri nequeunt: à pluribus ingestis incumbente natura dolentibus articulis augetur materia morbi, 2. aph. 10. & in libro de vet. med. paucos cibos non potentibus superare sorbitionem inuenerunt Antiqui Medici. Sorbitio est, in qua pauca ex fortibus multa aqua permiscentur, & robur ipsum temperatura ac decoctura detrahitur: qualia iuscula sunt ex pane, ordeo, ouis, etiam ex carnibus contusis, & iure: cibos superare, eos probè concoquere est: nisi

Methodus in cibatione.

Fames euacuat.

Sorbitio quid.

nisi adhuc sorbitiones superent, inuentæ sunt potiones. Si autem paucos cibos superēt, quod fit in dolorum remissione, nō est ad sorbitiones vel potiones deueniendum, paucos nunc dico pullorum & gallinarum alas, passerculos montanos assos, & alia superius dicta singularia. Quibus addēdum semper erit quid ex calefacientibus & exiccantibus, vt sunt inter aromata cinnamomum, piper, cariophylus, nux muscata, cubebe, lignum aloes, crocum, galanga, zinziber, Macis: Inter herbas petroselinum, hysopus, satureia, serpillus, menta & hisce similes. Qua forma, harum cibi specierum, in quolibet morbi tempore, vti debeas, præsens Medicus ex signis intelliget, illam indicantibus. Potus sit hydromel vel simplex & aqua & melle tantùm, vel compositum per decoctionem in aqua huic morbo vim inferentium, vt.

Porio. Plenior victus. Aromata. Potus 1. formula.

2. R. Aquæ fontis opti. ℔. xxiiij. Rad. capparorū ℥ ij. Cinnamomi ℥ j. Piperis albi ℈ j. Liquiritici mundatæ ℥ j ß. Bulliant ad absumptionem tertiæ partis: colaturæ adde eiectis reliquis, mellis citrini ℔. ß. Iterum bulliant semper dispumāda, vsquequo tertia pars resoluta fuerit, tunc per sacculum densum coletur & seruetur vsui. vel.

3. R. Florum rorismarini ℥ ß. Galangæ ℈ ij. Herbæ

Herbæ paralysis ℥ j. Bulliant in aquæ fontis ℔. xv. vt supra, colaturæ misce Zacchari ℥ v. Iterum bulliant vsquequo quarta pars deficiat pro potu. Vel.

4. R. Sticados ʒ j ß. vel Bettonicæ ℥ ß. vel Rad. asparagorum ʒ ij. Coquantur in aquę sextarijs xij. sunt ℔. xx. ad consumptionem secundum artem, pro potu. Ducere aluum expedit saltem alternis diebus, nisi spōte fluat. Cũ dicendis in sequenti capite.

CAPVT LXIII.

Venæ sectio, & pharmaca vniuersalia.

Decretis supradictis, illicò detrahatur sanguis, si cum crudis humoribus fuerit sanguinis copia: quacũque diei hora ex Aet. in vehementissimis doloribus, etiam à prandio, si cibus fuerit dilapsus ad intestina: sin autem cibo euomito, extrahatur sanguis, per quas venas, & quæ quantitas iam supra proponebatur. In corpore humor præter naturã consistens sui indicat ablationem, & quoniam eius vt plurimum pars aliquam aptissima est expulsioni & pars continuò fit aptior, hæc vt reddatur minor, illa vt auferatur, euacuantibus per vices, plures erunt humores agitandi, euacuantibus ijs, de quibus nos monet Alexander, ne humorem tenuem

Phlebotomia. Cap. 23. ser. 12.

Cap. 50.

Curatio & præcautio simul.

Qualia pharmaca debeant.

tenuem & aquosum vrinæ similem deducat, sed viscidum phlegma: hoc enim si pinguius euaserit, vel siccius, vix postea digeritur, aut auferri poterit: In his maximè cauendũ, nam maiori ex parte tophi hac de causa fiunt in articulis. Educatur pituita per loca sibi magis familiaria, & minus periculosa, qualia sunt intestina secundum Aet. siue hæreat morbus in pedibus, siue in manibus, adhuc magis, si in omnibus corporis articulis, siue adminiculis.

Clysteres. Primus. R. Camepythios man. j. Rad. ciclaminis ℥ j. Anethi, Foliorum lauri, sing. pug. j. Furfuris man. j. Bulliant in aqua communi, cuius ℔. 1. adde olei hyrini, camomellini sing. ℥ ß. Elect. indi. ʒ vj. Mellis ros. solut. ℥ ij. pro clysteri. Vel.

2. R. Parietariæ, Maluarum, sing. mã. j. Pulegij, Origani, sing. pug. j. Camomillę, Anethi, sing. tantundem. Bulliant in aqua communi secundum artem, colaturæ ℔. j. pendenti adde hyeralogodionis ℥ ß. Olei nethacei, Anethini, sing. ℥ j. Pro clysteri. Immittantur per horas duas ante cibum mane vel vesperi. Potabis mane quolibet, per dies septem vnum ex dicendis Syropis, qui sit vel.

1. Syropus. R. Mellis optimi ℔. ß. Cinnamomi, Macis,

cis, Zinziberis, sing. ʒ ß. Cardamomi ℈ j. Aquæ optimæ ℔.vj. bulliant lento igne, & semper auferatur spuma, ad consumptionem tertiæ partis, deinde colaturæ pro vice potentur ℥ v. Vel.

R. Decocti huius ℥ iij. Sy. de bettonica ℥ j ß. Misce pro Sy. Vel. 1.

R. Mellis ros. Sy. lupulorum, sing. ʒ vj. Aquarum bettonicæ, Appij, Fæniculi, ℥ iij. Misce, quibus calidis assumptis administretur aliquod dicendorum pharmacorũ. 2.

R. Specierum hyeræ Gal. ʒ j. Pill. fætidarum ʒ ij. Troc. Halandaal gr. x. Fiant pill. v. cum Sy. de quinq; Rad. Hyera ex aloe Gal. 8. catat. cap. 2. purgat quæ sunt circa aluum, & si ampliore præbeatur pondere, vsque ad locos conscendit, qui sunt circa hepar: loquitur de picra ab ipso laudata in laxitatibus articulorum, ob multam humiditatem. Vel. 1. Katarticum.

R. Elect. indi. min. ʒ iij. Casiæ nuper extractæ ʒ vj. Fiant boli. Vel. 2.

R. Agarici electi ℥ ij. Turbich. ʒ iiij. Zinziberis ʒ ß. Aquarum Eupatorij, fæniculi, Eupatorij an. ℥ ij. Infundantur in dictis aquis calefactis per horas 24. calefiant addendo fremediarum ℥ ß. Colentur cum expressione valida, & bibatur calidũ. Die postera & alijs 4, sequẽtibus diebus à sono 3. Syropi posteriores.

syropum

syropum alterum hunc calidè ebibat.

1. R.Aquæ communis decoc.paralysis vel chamæpitios ℥ iij.Sy. de sticados ℥ j.misce pro Sy. Vel.

2. R. Origani,Sticados sing. ℥ ß. Squinanti,Ysopi,sing.ʒ ij. Bulliant in aqua cõmuni cuius ℥ iij.pro vice adde Sy. de 2. rad. sy. bysanthini cum semin.sing. ℥ vj. Pro Sy. post quos.

1. Katarticum. R.Bened. Nic. ℥ ß. Mellis ros. solut. ℥ ij. cum supradicta nunc decoctione fiat potio calida per vno haustu. Vel.

2. R.Elect.Elescoph.ʒ iij. Vel. Elect.indi mai. ʒ v. Hermodactilorum ℈ j.misce & fiat bucella. Hermodactylum, quo vtuntur seplasiarij,damnat Anton.ab altemate, nam per ipsum, est bulbus, quem græci κολχικὸν dicunt. Possunt ne dum supradicta in Arthritide & Podagra omnia conuenientia administrari,sed etiam exhiberi sequentia,pill. de oppoponaco, fætidæ, de coloquinti Mes. Arteticæ Nic. Aggreget.maior.Mes.de Hermodactylo, de Sarcocolla, vel deniq; puluis recipiens Tur-

3. bich.ʒ j. Hermodacti.ʒ ß. Zinziberis ℈ ß. Cinnamomi ℈ j.Zucchari albi ℥ ß.Mis.dosis sit ʒ ij.Adeo vtillimã pituitę per intestina eductioné,dixit Aet. vt sanè vel sola sufficiat ad affectionum fluidarum curationem.

CA-

CAPVT LIX.

Topica pharmaca pro curatione Arthritidis & podagræ Repellentia phlegma vel crudum humorem.

CIrca initia harum fluxionum interea imponi dolenti loco poterunt modicum adstringendi vim habentia, leniendi & discutiendi, qualia sunt absynthium, cupresſi folia, & pilulæ, Terebinthi virgulta, ſquinātum, ciperi radices, coniza, folia & radices rhamni, ſymphytū petreum, quod consolida minor est, braſſicæ frōdes. Hæc ſingula, vel mixta incoquantur in aqua, vel aceto, deinde terantur cum adipibus, vel oleis, & ſuperponātur calida: vel decocto per ſe ſolo obducūtur partes. Vel incoquātur in vino cupreſſi folia, ſeu pillulę cuius decocti ℥ iij. miſceto olei chamomellini ℥ j. & aceti decoctis: pulegij, ſeu origani, ſeu ſampſuci ℥ ß. Mixtis calidis dolentia membra ſuperirrigato, oleum chamomellinum prohibet fluxiones ob eius ſtypticitatem, & confert neruoſis partibus, vt etiam abſynthium. composita ſint. Qualia debeātur. Quæ.

R. Roriſmarini, Abſynthij, ſing. ℥ ß. ſquinanti ʒ ij. ſtycados, chamomillæ, ſing. Primum.

pug, bulliant in vini par. iij. & lixiuij par. j. colaturæ adde oleum de absynthio. vel:

Secundũ. ℞ pill. cupressi num. vij. sampsuci pug. ß. rosarum, Myrtillorum, sing. pug. j. Aluminis rochæ, salis communis, sing. ℥ j. bulliãt in vino & aceti pauco, & cum oleo yrino, & chamomellino vtitor. Cortices vlmi, vel quercus, vel pinus, calefactæ si superponantur conferunt.

CAPVT LX.

Maturantia & Resoluentia.

Quæ sint. Post principium anodynorum maturantium & resoluentium facultatem experiemur cum oleis de laureola, de squilla, succo marrubij cum melle, vel succum asphodillorum cum oleo illinato, anetho, tristolochia, peonia, fœnogræco, lupinis, lolio, eruo, Gentiana, Bryonia, amaraco, Arthemisia, abrotano, vitice, lauro, pulegio, menta, sisimbrio, serpillo, filice, eruca: vnũmquodq; per se adhibitũ supradictis modis, vel cum aliis auxiliabitur. Dictorum etiam farinæ vel excipiantur ex oleis, melle, & aceto: vel ex vino, vel lixiuio, vel aqua seu simplici, seu dictorum decoctionis cum oleis, vel pinguedine, conferunt. vel sic:

R. La-

R. Lactis vaccini ℔ j. croci ℈. j. Vitellus ouorum num. iij Farinæ Fœnogræci ℥ j ß. Agitentur ſimul & intinctum in eis totum apponatur. vel: R. radices ibiſci, cum adipe anſeris leuigentur. vel: 1. formula. Secunda.

R. lupinorũ farinæ ℥ iij. cum aqua decocti maluarum arthemiſiæ, & braſsicæ, oleoq; chamomellino, vel anethino, vel pinguedine Taſsi ſuperponantur. vel liniãtur loca fellis pinguedine. vel pinguedine vrſi ſanat podagrã ſecundum Hermetem. vel: Tertia.

R. olei vulpini Amig. amar. ſing. ℥ ß. Butiri ℥ j. florum gemiſtæ, hypericonis, rad. ſcrophalærici puluer. ſing. ʒ j. fiat linimentum ſecundũ artẽ. vel cum oleo de ſtorace Me. j. vel cum oleo ſyconio Diaſc. vel de cucumere Aſinino Me. j. hoc fit ex aſinino cucumere completo: ſyconium autem ex aſinini cucumeris radicibus. Cerotũ Andromachi ex viiij. medicinis, & ſi non ſit in vſu, poteſt vbi adſunt ingredientia, cõfici, tibi plurimum profuturum cenſeo. Vnguentum quoq; hoc confert. Quarta.

R. Hermodactylorum, Yridis, ſing. ʒ j. ſaluiæ, ruthæ, ſing. ʒ ß. ſtoracis liquidæ ʒ ij. olei liliorum alborũ ℥ ij. ceræ parũ pro linimẽto. Alfonſus Cialarellus in tract. de Tuberibus ca. 16. laudat ſuffumigiũ in his morbis, tanquã à ſe expertũ, de tuberibus, qui- Quinta. Tubera.

bus virtutes adſcribit, & reſoluendi, & roborādi præſertim in materia frigida, quod cōtinet Tubera à cortice denudata & bene contuſa, leuigata ſeu diſtemperata cum vino optimo, deinde accipe Mercleſitas multas, quas lapidē dicunt piritidē, & eos fortiter ignito, ponitoq; in tegula lateritia calida, & taliter doloroſum mēbrum adaptabis, vt poſsit fumū recipere, mēbro ſic ſituato proiice ſuper ipſum vinum illud, & cooperi membrū cum pannis vt bene fumū accipiat. vſus huius medicamenti non patet, ſecundū hunc authorē, non igniti piritides ſuper vinum erunt potius iniiciēdi, vel vinum ſuper ipſos. Laudibus ſe ipſum extollit, ſuper recentes oēs, & priſcos Medicos hic Alfonſus, dum edidiſſe libros aſſerit de omnimoda Arthritidis curatione, quam fatetur neminem vſq; huc ſciuiſſe, curationem inquit huiuſmodi dolorū, & præcipuę podagræ: quē librū nondū vidi.

CAPVT LXI.

Conferentia his morbis à tota ſubſtantia.

Cap. 54. A Proprietate opitulari aiunt decoctū vermiū ſericū generantiū, in quo decoqui debent ex ſuperioribus luceſcet diximus ſi plurimū tendatur pars, abſque

que eius plurimo robore, olea conuenire, in alijs casibus, & vinum, & aquas, vel cõmunem, vel sublimatas, vel decoctionis simplicium his morbis conferentium. Oleum in quo decocta sit vipera: oleum vespertilionis, quod conficitur.

R. vespertiliones num. xij. Aquæ ℔. ij. olei antiqui ℔. j. Arist. longæ Gentianæ sing. ℥. ß. costi ʒ. iij. Vespertiliones decollato & decoquantur ad eorũ dissolutionem, & consumptionem aquæ, prius reliquis additis in puluerem redactis crassiorem, eo modo conficiatur, quo oleũ vulpinum. Opitulatur etiam decoctum vulpis ex aqua cum modico centaureę, oleum decoctionis caniculæ, mustellæ, vel herinacei terrestris. Laudant etiam Empirici pedes ranarum, testudinum, & leporũ, si posteriorum dextri, dextro pede affecto superponantur, & sinistri sinistro: eodem quoque modo anteriorum dextri, dextrę moueri, & sinistri sinistræ. Sanguinem, & mẽstruum mulierum, quem probat etiam Alexander: & leporinum, vrinam mali cum oleo, & lithargiro perfectè sanare putant dolores pedum. Primum cõpositũ.

CAPVT LXII.

Articulationes affectas reficientia.

Doloribus deniq; ablatis cũ necessariò laxitatem, & frigiditates partes illæ nactæ fuerint, his quoad fieri poterit, in naturale robur eas redigere oportebit.

Primũ cõpositum. R. vulpini olei ℥.ij. sandaraces arabum ℥ ß. cort. agarici pul. ʒ. ij. storacis calam. ʒ.j. trifolij pratensis ℈. ij. Fundantur ex arte, tundenda, & in mortario agitentur omnia pro linimento, calidum applicetur. vel.

Secũdum. R. olei de absynthio, vel Nardini, vel de croco, de storace Mastichini, sing. ℥.ß. Florũ absynthij, Matricerię, squinanti, calami aromat. sing. ℈.j. Leuigentur & cũ cera suf. quantum fiat vnguentum: vel.

Tertium. R. cineris ostrachorum, cineris spongię, cuscutæ, suff. quanti coquantur in vino pontico aquæ absynthij per mixto, vel.

Quartum. R. vini aromati ℔. ij. salis armeniani ℥. iij. vel: salis communis tantundem, stipitũ alleorum q. s. coquantur mixta ad medietatis consumpti pro fomento, vrina apti in eius vesica exiccata, postmodum super articulationibus linita in declinatione morbi, membrum roborat, in sua naturali dispositione, nec sinit ibidem materiam collectam inarassere. Tũc quoque temporis, conueniunt quę supradiximus in præcautione, partes roborantia. Multa alia adscribi hic potuissent tũ inter dictas receptio-

Cap. 48.]

nes

nes, tùm ad articularem morbum & podagram, depēdentes ab aliorum humorum fluxionibus, vt supra tetigimus, dum causas egimus: verùm quoniam non labores speciebus illis affectus huius, quibus conueniunt, nec tophis, tumoribus duris, distortionibus, & sic adsimilibus passionibus, & iam posita plus satis esse videantur (quæ relinquuntur qui tui curam habebit Medicus, hinc inde inspicere poterit, non erunt alterius, quam posita, facultates.) His tantùm erimus contenti, si vnum tantummodo dictis omnibus addatur, quod in hoc sequente vltimo capite tractabitur. Cap.14.

CAPVT LXIII.

Cauterium & inustiones.

PER medicamenta dicta nisi cedant hi morbi, erunt igne curandi. Escarctica, caustica, inurentia, cauterizantia nunc synonima sint, actu, seu potentia, inurent. An hæc conueniant in arthritide & podagra tantùm, quorum causa sit humor crudus, seu phlegma: vel solùm conueniant in multa materia, non indurata, & tophacea, non est hic quod pluribus persequar. Si vramus reuulsionis gratia conuenient in omni harum morborū specie, quæ causam 7.aph.91. Quibus cōueniet morbis.

habeat, quicunque sit humor, ab alia parte fluentem: si autem gratia euacuationis, tunc vtemus tantùm, quando succus est frigidus, ratione affectarum partium, non succi, cum hic sui ablationem indicat, & pars calefacta sui refrigerationem, possumus vtrunque peragere & euacuare & repellere, si multum aliunde fluat. Si vstioni sit aptus locus vnde defluit, superius inurendus erit, vt valentius ad superiora detrahatur humor: locus autem ad quem affluit, vel super eo, vel inferius vtatur, vt facilius extra labatur morbi causa: ambo loca vrenda sunt, qua parte progreditur ambabus conuenit per venarum, quarum doctrinam & breuissimam & facillimam docemur ab Hippocr. in lib. de loc. in Hom. & oss. nat. Cauteriũ in podagra reuulsionis gratia in illud bracchium imprimatur, quod affecto pedi consentit, cum dolor in pollicé ipsius inciderit, super externam bracchij venam proderit cauterium. Inustiones leues fiant, non quales Aet. in cap. 25. ser. 12. proposuit, nam huic proposito non conducunt, sed philogrij quas descripsit Rhasis lib. 26. cont. tr. pr. cap. 2. Nunc hæc breuiter accipito, si quibus alijs opus habes, me ad illa paratissimum censeas.

In quibus locis.

Qualia sint.

FINIS.



INDEX LOCVPLETISSIMVS EORVM, quæ in hoc opere continentur, numerus paginam ostendit.

A

aquarum

E.

F.

non

G.

M.

morbi

O.

oleum

P.

Q.

R.

S.

ventus

FINIS.